exemplo ordinis & expietia a.b.F.instituti. Nam tertium ordinē instituit qui ordo fratrū de pnia intitulatur. Sic & ordinē instituit minorū ac ordinē pauperum dominarū: qui tres ordines ad pniam exercedā peculiariter a xpo sunt ordinati: & si mediāte.b.F. Et quot eius exēplo & uerbo sint & fuerint pniam exercentes illius est scire qui solus stellas numerat: & sua intelligētia cōcta cōprendit. Qui.n.cupit pniam agere deo acceptam pfatoꝝ.s.ordinum normā amplexet & mores: ꝙ faciēdo: dignos pnie fructus facere mercede tamen percepta agnoscet. Btūs insuper Franciscus missus est ad uitam euangelicā: in se & aliis renouādam ꝓfitendam & obseruandā. Nam ipse totū euangelium obseruauit ad litteram ꝓut de ipso cantatur Franciscus euangelicū nec apicem &c. Hoc pꝫ ēt tam ex prima regula quā confirmauit dn̄s Innocētius tertius q̄ ex secūda q̄ confirmauit papa Honorius tertius. Que regule oēs sunt fundate in sctō euangelio. Et prima uerba sunt. Regula & uita minorum fratrum. hec ē.s. dn̄i nostri Iesu xpi sctm̄ euangelium obseruare. Et in fine dicitur. Et sanctum euangeliū domini nostri Iesu christi quod firmiter promissimus obseruemus. Et ꝙ

Reglā.b. F.fundat̄ i euangelio

regula fratrū minorum fundetur in euangelio non solum patet experientia: sed etiā patet per determinationem ecclesie: dicente domino Nicolao papa tertio in regule declaratione: & est posita in corpore iuris: extra de uerborum significatione libro sexto. Exiit.ubi dicit ꝙ regula fratrum minorum euangelico fundatur eloquio: uite christi roboratur exemplo: fundatorum militantis ecclesie Apostolorum eoꝝ sermonibus actibusque firmatur. De prima regula multa dicentur fructu & conformitate nona. Nulla alia regula siue a.b. Basilio siue a btō Augustino seu beato Benedito composita: sic uerbo & facto in euangelio fundatur ut regula frācisci: nullaqꝫ est que sic sit uite xpi expressiua & Apostolorum. Ac consequenter quia b. Franciscus audita forma uiuēdi Apostoloꝝ eam assumpsit: ut dic̄ dn̄s Albañ. in.iii.parte legēde maioris i pricipio: hāc ipsam xps dictauit instituit & sic esse uoluit prout ipe xps eloquio suo in monte Rainerio siue monte palūbe multis ministris expressit & fratribus: ex quo cōcludi potest ꝙ per.b.Franciscum & suos uita xpi & Apostolorum sit renouata approbata & obseruata. Et per consequēs claret.b. Franciscum ad hoc a xpo directū: ut in se & suis: ac per ipsum conuertendis dn̄i iesu uita & suorum Apostolorum per imitationem ipsius renouaretur & seruaret. Vnde Papa Alexander quartꝰ: in priuilegio de stigmatibus.b.F.considerans destinatum a xpo tam rōne pnie insinuande q̄ uite xpi imi-

priuilegiū Alexandri q̄rti i cōmēdatione b. Francisci.

tande. Et incipit priuilegium benigna diuine opatio uoluntatis. Sic dicit. benigna diuine opatio uolūtatis in celo potēter inouans signa & sapiēter imutans miracula sup terram: postq̄ dei filiꝰ uictor mortis ad patrem unde descēderat uehiculo ꝓprie maiestatis ascendit: mirifice fortitudinis uiros in cōfirmationē sanctorum diuersis tēporibus suscitauit. Et subdit. inter alios aūt temporibus nostris almus xpi confessor apparuit Franciscus: signis & uirtutibus gloriosus: qui

clarissimis pie uiuēdi meritis & exēplis fecūdauit ecclesiam & caligātia presentis etatis tempora fulgoris sui lāpade illustrauit: Viam pfecte iustitie parans in deserto altissime pauptatis: quā ipe currēs alacriter & exultans cōtra carnē mundū & demonem uelut gigas: traxit post se de demoniferis faucibꝰ & trāsduxit ad dn̄m pplm humilē bonoꝝ opum sectatorē. Et sequit̄: ut aūt ad illuminationē gētium celebris eiꝰ memoria tanq̄ rutilum sidus in corusco firmamēti mistici ethere seruaret̄: multis diuina potētia: & adhuc militantē inter hoies: & demū in sanctoꝝ agmine triūphantē dignata est deificare miraculis. Et subdit postea de stigmatibus de quibus infra fructu & conformitate trigesimaprima habetur. Sic ergo appet ꝙ ad duo pfata.b.F.a dn̄o est directus: Restat ergo ostendendū ꝙ directus est ad cruce dn̄i pdicandā baiulandam & cordibus fideliū implantādā. Et ꝙ sic sit ostēditur. Primo figura ꝓphetali Ezech.ix. habet̄.ꝙ uir quidā apparuit signans Tau sup frontes gemētiū & dolētium: qua signatione a pcussione angelica liberabant̄. Et ꝙ hec figura: & si primo sit de xpo: secundario tn̄ sit de Francisco pꝫ uisiōe fratris pacifici: qui uidit in facie. b.F. Tau.s.in fronte. Hoc.n.signum.b.F. semp amauit de ipo sepius pdicando & suas litteras consignando. Scdo hoc pꝫ figura Apoc.vii.ꝙ Ioānes uidit angelum ascēdētē ab ortu solis: habētē signum dei uiui: & signo crucis ne pcuterent̄ ab Angelis fideles consignantem. Hac figura.b.F.ostendit̄ & Francisci stigmatizatio. secūdo ꝓbat̄ figura dei singulari: in signum enim huius.s.ꝙ a.b.F.pdicanda erat crux & multi eum quo ad hoc sequi debebant: ipsi.b.F.ostēsum est palatium cum militaribus armis: dictūqꝫ ē sibi sua omnia fore militūqꝫ suorum. Visio siluestri dum adhuc esset psbiter secularis ter sibi oñsa de cruce aurea: ex ore.b.F. pcedēte ptigēte ad celū & ad terminos mūdi &c̄.ptēdit idipꝫ.s. Frācisci meditationē passionis: qa ex ore: & pdicationē eius p attingētiam ad mundi terminos. Idipꝫ ostēdit uisio fratris pacifici de ensibus qbus transuersalr.b.Franciscus erat cōsignatus: Quo edoctus fuit per.b.F.crucē debere celebrari & pdicari ac crucis gloria uelut gladium cordibꝰ fidelium infigi. Apparet hoc ēt in.b.F. in modū crucis representatione.um. fratribus in caplo Arelatēsi &c̄. Astruit hoc ēt.b.F.in orōne subleuatio. Nā a terra uisus est multotiēs subleuatus brachiis in modū crucis extēsis: & nubecula clarissima circūdatus. Hoc idem astruit uisio fratris leonis qui eūdo de perusio Assisiū xpm crucifixū uidit peuntē.b.F.cum stante stantē: & cū eunte euntē: & secū loquētē. Hec oīa indicāt.b.F. habuisse ad crucifixū singularē affectū & amorem. Et quia amantiū mos est ut amorē suū silētio tegere nequeant: ideo & lingua Francisci & conatus fuit alios ad xpi crucifixi amorē ꝓuocare. Tertio ostēditur ꝓpositum.b.F.studio. Nam ut habetur in principio none partis: & in fine legēde maioris: totum suum studiū tam publicū q̄ priuatum circa passionē dn̄i erat: adeo ut omnis eius uita nō nisi crucis uestigia sequeretur. Non nisi crucis dulcedinē saperet. Nō nisi crucis glo

riam. Quarto ostenditur hoc .b.F. eloquio. unde in q̄r ta parte legēde maioris dicit̄ ꝙ carētib⁹ libris fratribus ad dicēdū dinuꝫ offm: loco illoꝝ crucis xp̄i librū continuatis aspectibus diebus ac noctibus reuolue bāt: exēplo .b.F. patris & eloquio eruditi: qui iugiter faciebat eis de cruce xp̄i sermonē. Quo pꝫ ꝙ nō solū b.F. sed fratres per eum inducti sunt ad contēplādam dn̄icam crucē & passionē. Quinto hoc ostēdit crucifixi apparitio .b.F. & cōtemplatori ac crucis p̄dicatori. Voluit.n. dn̄s Iesus xp̄s apparere uti cruci ↄfixus. Et adeo cor Frācisci transfixit hec apparitio & uisio: ut quasi iugiter dn̄i plagas cerneret & uix a lachrimis continere ualeret. Et ista uisio: & si in habitu seculari existenti .b.F. est facta. Ad hoc est eidem ostēsa: ut qd contēplare deberet & quid p̄dicare: cerneret. Et q̄ꝫ crucifixio fuit amara sibi a dn̄o monstraret̄. Et in ecclesia sancti Damiani crucifixus fuit ei locutus & ut ecclesiam repararet demādauit eidē: ut per crucis meditationē ipse .b.F. ꝑnosceret ecclesiā terrestreꝫ ab eo fore reparādā. Sexto ostēdit hoc habitus designatio: ut.n. xp̄s ad p̄dicandū cruceꝫ .b.F. direxisse ostēderet: in habitu quē portare ip̄m uoluit declarauit. Qui habitus in forma crucis ē: & crucis intuitu a .b.F. sic designatus: ut corde prius secūdo habitu: & demū uerbo oībus crucifixū demōstraret. Septimo ostēdit hoc diaboli attestatio p̄fato baroni: ut dictū est supra. Et dixit diabolus ꝙ & si tunc ordo .b.F. esset paruus sup oēs alios ordines: tn̄ qd̄ multiplicaret̄. pꝫ ergo ꝓpositū. Octauo ostendit hoc .b.F. a xp̄o stigmatizatio: ꝙ eni miserit eum ad crucē & passionē p̄dicandā iprimēdo sibi stigmata: cūctis euidenter declarauit. Et quia de hoc plene dicet̄ fructu & conformitate trigesimaprima: ad p̄sens obmitto. Nono hoc ostēdit miraculorū opatio facta cruce & crucifixi inuocatiōe. de q̄bus miraculis habes ifra fructu & cōformitate .xiii. Quibus nouē appet .b.F. directū a xp̄o: ut nō solum crucem meditaret̄: sed & crucis gloriaꝫ predicaret: ac p̄dicando ad crucifixi sectanda uestigia & sue passionis accipiēda insignia fideles iducerent. Qui cupit ergo pn̄iam exercere: uitam xp̄i tenere ac Iesu crucifixi magnalia uidere .b.F. inspiciat attendat ꝓsequat̄. qd igitur ad p̄fata a xp̄o emissus sit iam dicta docent: & ipse docuit tam uita q̄ exēplo & uerbo. Sed quia i secunda parte huius expōnis loquendo de sexto sigillo noui testamēti dictū ē pre aliis .b.F. directū a xp̄o: quia plures tūc sunt ēt destinati. Sicut sc̄tūs Bernardus Abbas qui ante parū fuit .b.F. Sicut ēt sc̄tūs Dominic⁹. Et sic de aliis. Videt̄ ergo aliis sanctis derogari: nec debere missionē .b.F. p̄ ceteris attribui. R n̄detur ꝙ non est negandū: quin ēt p̄dicti sint missi cū in quolibet sigillo & etate tam noui q̄ ueteris testamēti sint multi sc̄ti a dn̄o missi. Sed p̄fati sunt expressi ob excellentiam sc̄titatis ad alios. b.n.F. uenit & ascēdit ab oriente: dn̄icus & Bernardus ab occidēte. Insuper Franciscus in filiis sc̄titate nūero & scia & nobilitate ē exaltatus: ut fructu & cōformitate octaua patebit. Fuit ēt ipse solus magis conformis xp̄o q̄ ipsi ut hoc opus declarat: & suis stigmatibus cōsignatus: quo celsior aliis reperit̄: ut ostēdit fructus & cōformitas trigesimaprima: His ex causis dictū est solum Franciscū antonomatice a deo destinatū tali tp̄e: & spāliter talibus finibus & fine. Ex p̄dictis pꝫ q̄ꝫ Franciscus est destinatus a dn̄o quo tp̄e & ad quē finē. Et sic pꝫ succincta declaratio istius secūde partis: secūdi fruct⁹ & conformitatis .uꝫ. Franciscus destinatur.

¶ Fructus tertius & conformitas Iesus lete ꝑgenit⁹ Francisco uir letat̄. Expositio prime partis.



Iuini consilii iperscrutabilis altitudo ex quo decreuerat hominem a diabolo & a morte pc̄ti redimere & liberare: tp̄e gr̄e supueniente ab arce patris missus ē dei filius: ac carni nostre in sacro uirginis utero in sua permanēs deitate factus ē hō uer⁹. In qua incarnatione mirifica innouata sunt signa diuine potētie: & immutata sunt mirabilia: stupendiora presolito deus excelsus faciēs. ¶ Et primū stupendū & mirabile est dei ad miserandū inclinatio: nam per q̄nqꝫ milia annoꝝ cōtinuit in ira sua misericordias suas: non flexus lachrimis: non p̄cibus inclinatus: non miseriis cōmotus sanctorum patrum: aut humani generis. Attn̄ in hac incarnatiōe quid ait? Illud Exo. iii. descēdi ut liberarem pp̄l'm meū. ¶ Scd̄m stupendū & mirabile est dei humiliatio: cum.n. nihil uilius sit carne hūana: hanc tn̄ apprehēdere hūiliando se dignatus est deus. Propter qd̄ Phili. iii. d. Ap̄ls ꝙ deus exinaniuit semetip̄m: formam serui accipiēs. Vnde nō solū est stupendum hec unio mortalitatis nostre ad deum: sed ipsa carnis uilis assūptio: stuporē intuētibus ingerit singularē. ¶ Tertiū stupēdū est naturaꝝ ipermixtio: gutta.n. aque indita mari & iniecta: nomē amittit & naturā: & tn̄ natura humana mari infinito cōiuncta: nomē retinet & naturā: et sine naturaꝝ .s. diuine & hūane cōmixtiōe & confusione: utraqꝫ permanet in una p̄sona que est xp̄s deus & homo. ¶ Quartū stupēdū est idiomatuꝫ cōicatio. Origeñ. lib. iii. sup Ep̄lam ad Ro. ꝑpter idissolubilem unitatē uerbi & carnis: oīa que carnis sunt attribuunt̄ uerbo: & oīa que uerbi sūt p̄dicantur de carne. Et Augu. primo de trinitate. ca. xiii. dicit. Quod talis est illa assūptio hūanitatis a diuinitate in xp̄o: ut deuꝫ hoīem faceret: & hominem deū. Quo pꝫ ꝙ tali unione facta est naturaruꝫ cōicatio: ut que dicunt̄ de deo dicant̄ de hoīe. Et ecōuerso: saltem cōcretiue. Facta est enim cōicatio. Primo quo ad p̄fectiones essentiales: ut hō est spūs infinitus: & de⁹ est corpus. Scd̄o quo ad ꝓprietates accidētales: ut deus est alb⁹: & hō eternus. Tertio quo ad actiones: quia actiōes naturaruꝫ cōicant̄ adinuicē: ut hō creat: & deus comedit. Quarto quo ad passiōes: quia ex quo in actiōib⁹ est cōicatio: erit & in passionib⁹. Et sic dr̄ deus passus: & hō eternalr̄ generatus. ¶ Quintū stupēdū est plenitudinis deitatis cōicatio & cōcessio: qa entitatiue formalr̄ & scd̄m oēm p̄fectionē & graduꝫ in imēsum se.

Mirabilia q̄ in xp̄i incarnatiōe facta sūt.

Idiomatū cōicatio inter naturā diuinaꝫ & humanā.

homini assumpto cõicauit.ut dicit Apl's ad col'.prio:
in xpo habitat omnis plenitudo deitatis.Et.Io.i.uer-
bũ caro factũ est.Est tamẽ sciendum:ꝙ nõ est commu
nicata secundum oẽm modum pfectionalem.quia &
si hõ dr̃ deus:nõ tñ deus in abstracto. Ratio qa & si
natura humana sit facta una cum diuina unitate pso
ne:nõ tñ unitate nature:quare ibi est distinctio: & sic
ppositũ.Insuper tam aie q̃ corpori:sic est unita dei-
tas.s.scd̃m oẽm pfectionẽ essentialẽ:carni tñ non:sed
aie unita est scd̃m mediuꝫ uitalis imutationis. Rõ qa
corpus non.Sed aia ẽt est sed uitalis. Nec ẽt aie uni-
ta est scd̃m uitalem imutationẽ imẽse quo ad graduꝫ:
sed solum quo ad spẽm & obiectũ:quia aia nõ est ca-
pacitatis infinite:& si sit infinite capacitatis.¶Sextũ
stupendũ est duaꝝ naturaꝝ & substãtiaꝝ una psona-
tio:in xpo eniꝫ & si sint due nature:nõ tñ est nisi unũ
suppositũ:& una psona.natura eni hũana nõ pri⁹fuit
cõdita q̃ assũpta in xpo:quare nunq̃ fuit psona: ut do
cet Magr̃.iii.di.v.& sic ꝙ natura hũana diuino subsi-
stat supposito est stupendũ. ¶Septimũ stupendũ ẽ in
atomo.i.i idiuisibili totius homis assumptio: ut dicit
Dam̃.quia nõ prius corpus q̃ aia uel ecõuerso:sed si-
mul corpus & aia:& si corpus mediãte aia sit assum-
ptum:ut dicit Magr̃.iii.di.ii.caplo.ii.&.iii.ut talis me
diatio nõ dicat cãꝫ & prioritatẽ colligãtie: sed cõgruẽ
tie.Ad qd̃ secutum est illud stupendũ.uꝫ.corporis xpi
in instanti organizatio:aie creatio:& in eodem instãti
corporis & aie cũ deitate unitio: ut dicit Magr̃.iii.di.
iiii.ca.iiii.cõtra ordinem nature:que.xlvi.diebus cor-
poris hũani: quo ad uirũ intẽdit formatiõi. ¶Octa-
uum stupendũ est istius uniõis nature hũane nõ ad p-
sonã patris nec spũs scti:sed ad solã psonã uerbi ter-
minatio:& si sint indiuisa opa trinitatis ad extra: qa
hoc nõ est principalr̃ ad naturã & cõsequẽter ad pso-
nam:sed ecõuerso.Hinc est ꝙ una psona põt icarnari
sine alia. Sed q̃re filius & nõ pr̃ ac spũsscts:dcm̃ est
fructu & cõformitate pcedẽti. ¶Nonũ stupẽdũ ẽ na
ture unite sic copulatio:ut nũq̃ dimissio. Quod semel
assũpsit:nũq̃ dimisit:ut dicit Dam̃. Et si passionis tpe
aia a corpore:neutrũ tñ a deitate est separatum.Et sic
hec unio stabit sempiternalr̃:ut nũq̃ desinat de⁹ esse
uerus hõ.Ex quo sequit̃ stupẽdũ illud qd̃ nulla indis-
solubilior & maior repit̃ cõiunctio:q̃ hec unio bñdi-
cta.pꝫ oibus modis cõiunctiõis:& unionis pẽsatis cũ
cõicatione idiomatũ:que est in ista sacra uniõe.¶De
cimum stupendum est aie xpi sapie infusio: & quo ad
portionẽ superiorem btificatio: & in parte iferiori do
loris pceptio. Que tria sũt mirãda.Nã aia xpi est oi-
sciens.iii.sniaꝝ.di.xiii.nec xps pfecit quo ad habitũ
scie:sed quo ad experimẽtũ. Et btũs fuit in portione
superiori:& nõ inferiori:ut dic̃ Magr̃.iii.di.xiii. ¶Vn
decimũ est talis nature hũane assũptio: hois exalta-
tio:ut hõ susceptus sit a deo & deus factus: hoc est
stupendum & antea inauditũ:& cõsequenter sup oia
sublimatus:utpote in bonis potioribus sublimatus &
locat⁹:quia a dextris dei.Marci ultio.¶Duodecimũ
stupẽdum ẽ per cultũ latrie humane nature in xpo ue
neratio. Talis.n.cult⁹ sibi cõgruit:ut docet Magr̃.iii.

di.ix.Hac eni nature assũptiõe humane facta.Ange-
li qui prio adorari se ab hoie pmittebãt: deinceps nõ
pmiserũt.ut pꝫ Apoc̃.xix.& c.xxii Quibus appet ꝙ
signa stupẽda in filii dei incarnatiõe sunt a deo opata.
Possunt ẽt alia stupenda uideri facta in hac incarna-
tione.Stupẽdum quippe est primo:ut una puella pau
percula & modica:mater dei efficeret.Secũdo ut pu-
ella sine uiri cõplexu:& uirginitate pmanẽte grauida
retur.Tertio ut sicuti dictũ est in instanti corpus xpi
organizaret̃:& formatio de purissimis btẽ Marie san
guinibus fieret.Quarto sine labe a uirgine cõtra mo-
rem alioꝝ corporis xpi decisio. Quinto xpi pfectio:
in primo eniꝫ instanti. Perfectus hõ fuit utens rõne:
iuxta Iere.xxxi.uaticinium. Femina circũdabit uiruꝫ.
Sexto corporis tam minimi sicuti fuit xpi in instanti
aiatio.contra morẽ alioruꝫ. Septimo totius trinitatis
in uirgine descensio.Octauo xpi a uirgine sine põde-
re & grauamine:in suo utero baiulatio. Nono mẽtis
uirginis xpo in eius uentre stante:ad cernẽduꝫ supna:
euectio.Decimo illius anime bñdicte uirginis sũma
consolatio & refectio. Vndecimo ultra morẽ aliorum
xpi in uentre Marie pmansio:quia pfectus hõ: nouẽ
stetit mensibus.Duodecimo xpi:plus ad matrẽ suam
q̃ sit alioruꝫ germanitatis & sanguinitatis affectio &
dilectio.Nam corpulentã substãtiã totã habuit a sola
btã uirgine.Alia stupẽda possunt dici:sed pfata suffi-
ciant.¶Sed hic dei filius carne circundatus postq̃ in
utero uirginis.ix.steterat mensibus: in publicũ uolẽs
egredi:& sua pñtia mũdũ uisitare : ut qa añ mlr̃tipha
rie multisqꝫ modis fuerat patribus locutus.uꝫ.prio p mult
sõnia ut Iacob q dũ pgeret Arã de nocte.geñ.xxviii. loqt
uidit scalam & dñm sibi loquẽtẽ audiuit.Secũdo uo- pphe
cali expssione: sicut Moisi qui dum iret ad uidẽdũ ru
bi uisionẽ:a dño fuit uocatus.Exo.iii.Tertio p occul
tam inspirationẽ:sicut fuit Dañ.quãdo iuuit susãnaꝫ:
ab ipositione falsi criminis.Dañ.xiii. Quarto p mani
festam apparitionẽ:in qua cõstat deũ loqui.ps.Audiã
qd loquat̃ in me dñs deus. Et Osee prio.principiũ lo
quẽdi dño in Osee.Quinto p Angelicã iformationẽ:
ut pꝫ Zach.ii.Ecce Angelus dñi qui loquebat̃ mecũ.
Quod fit ab Angelis per modũ luminis irradiãtis:uel
speculũ offerẽtis:uel lingue efficaciter exprimentis.
Sexto operum significatiõe:ut Isa.ca.xx.d. Solue sac
cum de lumbis tuis. Ostẽdẽs ꝙ iudeoꝝ erat solueda
captiuitas.Septimo figure ostensione: qũo deus loq-
tur aliis:sed Moisi ore ad os.Numeri.xii.Octauo si-
gnorum & portẽtorũ exhibitiõe.Exo.xx. Cũctus po
pulus audiebat uocem & uidebat lampades &c̃.
Nono scripture impressiõe:ut Balthasar.Dañ.v.Qui
uidit manum scribentẽ in pariete: & per articulos ma
nus est ei loquutus deus. Decimo miraculorũ opatio
ne:ut Helie Moisi & aliis pphetis:que miracula erãt
uerbuꝫ naturale loquutiõis diuine:sicut est effect⁹uer
bum naturale cause sue:iuxta dictũ xpi:Ioan.v.Ipsa
testimonium perhibent de me.Vndecimo flagelloruꝫ
incussione:Sicut loquutus est deus pharaoni in Exo
do.Et Eliodoro.ii.Mach.iii.Duodecimo doctoꝝ eru
ditione.Loquitur enim per linguas doctorum : ut pꝫ

de ꝓphetis missis ad populum informādū: quibus dicit xps. Mat. x. Qui uos audit me audit. Tertiodecimo peccatorum iproperatione. Sicut loquut⁹ est ade post pctm̄ dn̄s dicēs Adam ubi es. gen̄. iii. Quartodecimo creaturarum informatiōe. ps. xviii. Celi enarrāt gloriam dei &c̄. Quintodecimo beneficiorum collatione. ps. lxxxxviii. In colūna nubis loqbatur ad eos. ¶ Tandem quid egit dn̄s? Inquit illud Isa. ix. Ecce ego ipse qui loquebar adsum. Ita q̄ per seipm̄. i. ostēdendo se incarnatum: uoluit nobis loqui: & h̄ quādo dei genitrix ipsum peperit filium suum primogenitū: Luc. ii. ¶ Et tunc inter alia duo facit. Primo quia nobis loquut⁹ est multiplr̄: nō lingua carnis: sed effectu & exemplo operis. Secundo tali alloquutione & suo ortu: nos multiplr̄ letificauit. ¶ Primo dico q̄ loquutus est nobis multipliciter: nō soluȝ ipse: sed iuxta modum loquendi apostoli ad Heb. i. Pater eternus in filio nobis est loquutus. Sed q̄uo? Certe inquā. Pr̄ ipm̄ nobis largiēdo filium. Primo in ꝑcium nostre redemptionis ad gal̄. i. Scd̄o in pabulum nostre refectionis. ps. cxxxv. Tertio in speculum & radiuȝ nostre cognitionis. Luc̄. ultimo. Quarto in modulū & titulū nostre correctionis. Ioan. xiii. Quinto in socium nostre consolationis. ps. cv. Sexto in brachium pseuerationis. Ecc̄i. xxiiii. Septimo i mediū federationis. i. ad Corin. v. & Isa. xlii. Octauo in uinculum nostre adamatiōis. Ioā. xvii. Nono in dn̄m gubernationis. iii. Re. iii. Decimo in baculum sustentationis. iii. Re. xiii. Vndecimo ad studium bone operatiōis. Isa. xlix. Duodecimo in ꝑmium nostre remunerationis & beatificationis prime Pe. i. ¶ Ipse deniqȝ dei filius speciali modo nascendo est nos alloquutus: exempla nobis ingerēdo. uȝ. Obedietie: Venit eniȝ ad nostras calamitates: ut patri obediret. Humilitatis: dicēte Ap̄lo ad Phili. iii. Quod humiliauit & exinaniuit semetipsum: formam serui accipiens. Paupertatis: quā ostēdit in parētibus: in loco in quo natus est: in lecto in quo est reclinatus: in pannis uilibus quibus fuit inuolutus: & in incōmodoꝝ susceptione. Mundi cōtēptus: in suo eni ortu ac uite ꝓgressu: omnia mūdana contēpsit. Charitatis: Hac dedit se nobis: nō nostris meritis. Austeritatis penitētie: in suo enim ortu incepit cubitando in paleis: in frigore stando: & nuditate. Pie & benigne conuersationis: consideratis cum quibus est conuersatus: cum anialibus. s. mitibus: Maria & suo sponso. Euitationis peccati: pro cuius expiatione natus: & tot incōmoda suscepit. Affectionis totalis ad patriam: dum enim mundū cōtēnit: exēplum prebet patriam appetendi. Perfectionis: oia enim que gessit in suo ortu: perfectionē dicūt & ostēdunt. Dilectionis diuine: a qua nūq̄ recessit: quia semper est deus: & si carnē assumpsit. Imitatiōis assidue: ut quēadmodū fecit: sic & nos faciamus: sic alloquutus est nobis. ¶ Alloquutus est Iesus oriens: multos & diuersimode. Primo matrem: quā cōtinue illustrabat. Secūdo angelos: quos ad deum & se laudandum incitabat. Tertio pastores & magos: quos ad se adorandum uocabat. Quarto mundi principes: quos suo exēplo ad mundi cōtēptū inuitabat. Quinto sacerdotes: quos ad uerum sacrificium de se offerendum ordinabat. Sexto pauperes & humiles: quibus se conformabat. Septimo diuites: quoꝝ statum fugiendo: declinabat. Octauo crudeles: quos ut herodeȝ superabat. Nono peccatores: ad quos liberādos se humanabat. Decimo ignorantes: quos ad se luce uenustabat. Vndecimo patres antiquos: quos ut dicetur suo ortu letificabat. Duodecimo indigentes: quos ad accipiēdum optata dulciter ꝓuocabat. ¶ Beatā Mariā suam matrem alloq̄bat̄ lingua Canahan: de qua Isa. xix. Que glorificata interp̄tat̄: quia eam suo ortu gloria maternitatis & honore glorificauit. Angelos alloquutus est lingua iudaica. De qua habet̄ secūdi paral. xxxi. que confitens dn̄o interp̄tat̄: Nam in suo ortu deum confitentes laudauerūt. Pastores & [stain]s alloquutus ē lingua clemētie. De qua habet̄. Prouer. xxxi. quos clementer ad se adorandum uocabat. Mundi principes alloquutus est lingua siriaca. De q̄ habet̄. iiii. Re. xviii. Que lingua sublimis interp̄tat̄: quia per cōtēptū mūdi ad sublimia appetenda mens eleuatur. Sacerdotes lingua angelica. de qua habet̄ prime ad Corin. xiii. est alloquutus: quia ut angeli debent esse in puritate: ut deo placeāt. Pauperes & humiles lingua humana & benigna. de qua habet̄ prime ad Cori. xii. quibus se conformauit. Diuites alloquut⁹ est lingua ignea: Isa. xxx. quia tales ut ignē de suo cōsortio emittebat. Peccatores alloquutus est lingua lactea & mellita. Canticoꝝ. viii. quia ad dulcedinem sue misericordie inuitabat. Crudeles alloquutus est lingua ferrea & caldaica: quia ipsos superauit. Ignorantes alloquutus ē lingua erudita. Isa. v. Patres antiquos alloquutus ē lingua exultationis. ps. cxxxv. Indigentes alloquutus ē lingua sapiē ie. Prouer. xii. Prefatis linguis iuxta ꝓprietatem eorum quos alloquebat̄: puer & infans Iesus. in suo ortu est loquutus. ¶ Ad istam deniqȝ alloquutionē dulcissimā & suauissimā dei patris in filio: & filii in seipso: & per seipm̄: quid secutum est? Certe nostra exultatio & letificatio: & istud secūdū erat q̄d est uidendum. De quo dicit prima pars hui⁹ tertii fructus & conformitatis. uȝ. q̄ Iesus lete quo ad nos & omnia est a beata Maria progenitus. Et circa hāc partem est sciendū q̄ xps hūanā carnē assumēdo: & post moduȝ ad nos egrediendo: oia letificauit: iuxta id q̄d Dauid in ps. ꝑdixerat di. Tūc exultabūt omnia ligna siluarum &c̄. & lux orta est iusto: rectis corde letitia. Et ps alio. Cantate dn̄o canticum nouū: quia mirabilia fecit. Sequit̄. Iubilate deo omnis terra &c̄. Exultauerunt & letificata sunt oia. ¶ Primo supcelestia. s. celestes spiritus propter multa. Primo quia assumptione anime que est soror angelorum: eorum natura est nobilitata: quia deo anima est indissolubiliter unita. Secundo ipsorum ruina est reparata: & si non christi ortu: tamen fine incarnationis. Tertio hostium ipsorum. s. demonū seuitia est mitigata. Nam post incarnationem christi eorum audacia est refrenata: & specialiter christi passione. Quarto quia eorum custodia circa homines est roborata: Nam ante nullum ad paradisum poterat deducere: sed modo sic: diaboli ab eo

Margin notes:

Fili⁹ dei nascēs spāli mō nobis est loquutus.

Quib⁹ linguis locut⁹ ē xps i suo ortu.

Xps nascēs oia letificauit.

Pr̄o letificauit supcelestia

rum manibus omnes homines siue bonos siue malos accipiebant: & ad limbum siue infernum deducebāt. Quinto quia pax cum homine & concordia est celebrata: propter quod cantauerūt: In terra pax hominibus bone uolūtatis. Sexto eorum oratio pro homine a deo est accepta: ut enim parceret deus homini: instāter exposcebant. Septimo: quia ipsorum domini ē misericordia mirabiliter declarata. De honore enim diuino gaudēt. quare & uidendo deum incarnatum: hāc misericordiam exhibuisse homini. Octauo: quia gaudium eorū accidentale accreuit. Animaꝫ christi cernētes beatam: & alios per christum in breui beatificandos. Nono: quia a gloria anime christi uita supna & ciuitas: utpote ab anima super omnes beatificata: est splendore nimi[illegible]rifice perlustrata. Decimo: quia ipsorū puritas & integritas: in Maria pariente & christo oriente est declarata. & similia similibus gaudent. Vndecimo est operatio diuina excellenter demōstrata: quia deus fecit effectum insolitū: & de honore & gloria conditoris gaudēt. Duodecio: qa munificētia summi domini & dei ipsoruꝫ: homini est reserata. quia nō dedit deus se homini quo ad partem sed totum: quia deus factus est homo: & homo deus. quare letificati cātauerūt in natiuitate domini. Gloria i altissimis deo patri mittenti: & filio uenienti: & spiritui sancto naturam humanam cum diuina unienti. ¶ Secundo letificata sunt celestia: quod patuit in stella oriente: Statim enim celi stellam miserunt: & si non suam: saltem suis similem: & pre aliis stupendissimam: ut fructu & cōformitate sequenti dicetur in parte. ¶ Tertio letificata sunt elementa. Aer enim noua christi ortu indutus est claritate: iuxta uaticiniuꝫ. Isa. cap. ix. Populus qui ambulabat in tenebris: uidit luceꝫ magnā. Aqua que se conuertit Rome in oleum in taberna emeritoria: & abundantissime fluxit. Terra que in statuis idolorum emarcuit: & a dnihiluꝫ eas redigēdo se purgauit. Tēplo romuleo rome cadente: terra deum solum natum & adorandum est professa. Ignis. s. sol qui est igneus effectualiter: qui se triplicauit. Et sic elementa & elementata: presolito facta: letificata se esse christi ortu professa sunt. ¶ Quarto letificata sūt animata. Si de animatis anima uegetatiua: pꝫ in uineis engadi: que floruerūt & balsami fructuꝫ dederunt. Si de anima uegetatiua & sensitiua. patꝫ de boue & asino: iuxta uaticinium: Isa. i. qui cognouerūt possessorem suuꝫ: & ꝑsepe domini sui: ipsum dominum adorando. Si de animatis anima uegetatiua sensitiua & intellectiua. s. de hominibus: patet ꝙ christi ortu gauisi sunt & letati. Et primo generaliter ob beneficia percepta christi ortu incarnatione & natiuitate. Nam christi ortu & incarnatione data est patria exulibꝰ: panis exuriētibus: aqua uite sitientibus: portus naufragantibus: lumen ignorantibus: antidotum languentibus. Requies laborantibus: uita morientibus: salus desperantibus: uenia peccatoribus: uia errantibus: summum bonum in celo cōmorantibus. propter que merito debet homo gaudere. Alia etiā beneficia homini sunt collata. Primum diuine miserationis: quia deitas ad miseranduꝫ

Scdo letificauit celestia.

tertio letificauit iferiora.

Mira i xp̄i ortu contigerūt.

q̄rto letificauit animata.

homini est inclinata. Secundum est pacificationis: qa pax inter deum & hominem & angelum est facta & celebrata. Tertium est promissionis facte patribus adimpletionis: quia quod loquutus est & promisit patribus perfecit: & sic quietauit eorum desideria & affectus. Quartum est deificationis: Nam homo factꝰ est deus: & deꝰ homo: utraqꝫ natura ipermixta & maiestate. Quintum uenerationis: nam natura humana propter assumptionē a uerbo ab angelo: & aliis ueneratur & honorať: ut pꝫ Apoc. xxii. Vbi angelus Ioannem nō permisit se adorare. Sextum diaboli subiugationis: quia per incarnationem filii dei & passionem: ab eius sumus manibus liberati. Septimum est exauditionis: nam per christum exaudimur dicētem quicquid petieritis in nomine meo: dabitur uobis. Et ante dixerat cum multiplicaueritis orationes uestras: non exaudiam. Octauum gratie collationis. quia tempus ꝑsens uocatur tēpus gratie: & de plenitudine gratie christi omnes accepimus. Ioan. primo. Nonum est hereditatis restitutionis. ps. Tu es qui restitues hereditatem meam mihi. ipse. n. est qui aperuit librum figuratum Apoc. v. Decimū est nostre exaltationis. quia a dextris dei natura humana in christo collocať. Vndecimum sup oēs dominatiōis. quia xp̄us factus est iperator celi & terre: qui est frater noster. Duodecimum est beatificationis. quia homo totus in xp̄o beatificať quo ad animam in deitate: quo ad corpus in hūanitate. Sic ergo his beneficiis generalř natura hūana aduentu & ortu christi Iesu exultat & letať. ¶ Letari dꝫ quilibꝫ homo huiusmodi bn̄dicti pueri Iesu a Maria ꝓgeniti conditiōibꝰ cōsideratis: quas ponit sctūs Luca. ii. in euangelio suo: qđ euangelium in nocte cantatur natitatis ipsius. Nam ipse est primo orbis imparator. quia est Cesar Augustus: & cōsequēter magnificꝰ. Secūdo mundi ordinator. quia edictum emisit: quare prudētia conspicuus. Tertio plebis examinator. quia munduꝫ describit: & sic est iustificus. Quarto fidei nostre cōdonator: singuli enim suo ortu ꝓfitētur: quare ē pro nostra salute sollicitus. Quinto ueri demōstrator: uadunt enim singuli ad suam ciuitatē: quare in omnibus ueridicus. Sexto gratie largitor & ministrator. qa Ioseph ascendit &c. & sic est totus gratificus. Septimo fratrum exaltator. quia euꝫ parit Maria: quare & amator noster ꝑcipuꝰ. Octauo matris cōseruator. qa peperit filium suum primogenitū: quare & actor mirificus. Nono pompe abdicator: pānis inuolutus: q̄re uir celicus. Decimo carnis macerator. quia i presepio reclinatus: quare imitatiōe dignificus. Vndecimo cordis excitator. qa pastores &c̄. quare & opator uiuificus. Duodecio mētis illustrator. quia claritas dei &c̄. quare ipse est fontalis radius. Tertiodecimo gētis roborator. quia nolite timere &c̄. quare totus saluificꝰ. Quartodecio noster consolator: euāgelizo uobis &c̄. quare deificus. Quintodecimo cetus adamator. quia omni populo & nō uni &c̄. quare in donis munificus. Sextodecimo a morte pc̄ti liberator: qa saluator: q̄re in cūctis saluificus. Decimoseptimo deus & creator. quia xp̄s. i. messias est. quare factor singularissimus.

Decimooctauo omniū gubernator: quia dñs. q̄re re ctor assiduus. Decimonono uerax & p̄missi obserua tor. quia h̄ uobis erit signum: quare testis indubius. Vigesimo solus triumphator: statim. n. militia celestis ei congregatur: quare uictor exercitus. Vigesimopri mo aptus p̄miator & celibator: quia gloria in altissi mis est: quare noster finis p̄petuus. Vigesimosecundo noster mediator: q̄a pax &c. quare fidus noster & me dius. Vigesimotertio omnis p̄fecti patrator: quia bo ne uolūtatis: quare bonus s̄c̄tūs: factor boni indesi nens & continuus. He sunt conditiões pueri Iesu ad nos egrediētis: quare susceptione eius & tanti doni le tificari debemus. Quibus euidēter ostēditur: q̄ homo quilibʒ in natiuitate domini gaudere & letari debʒ: & dicere cum. Isa. cap. lxi. Gaudēs gaudebo in domi no &c. ¶ Sed in sp̄āli debet ne homo aliquis letari & gaudere? dicit̄ q̄ sic. Et primo sancta eius genitrix Maria. Nam natiuitate dei filii in eius utero: & ortu: & si ante multa hēret & habuit: habuit tamē ea mo do p̄fectiori: & aliqua que añ nō habuit. Et que ha buit btā Maria: unde letatur & letificata ē eius bñdi cti filii ortu? Multa inquā habuit: quia fuit. Primo p̄ fectissime sanctificata. ps. Sanctificauit tabernaculū suum altissimus. Scd̄o fuit gratia plene fecundata. Luc. i. Tertio ē in gratia & plenitudine cōsumata: ut dicit Ieronimus in sermōe de assumptiōe. Hodie &c. & Ricardus de sancto Victore: in expōne. Ecce uir go concipiet. lib. ii. Tantaʒ. n. plenitudinē gratie de? anime btē Marie indidit: quātam eam p̄ futuro p̄me reri conspexit. Quarto donis sp̄ūs sancti repleta & i pinguata: quia sp̄ūssanctus uenit sup eam excellētio ri modo: q̄ sup aliquā puram creaturam. Quinto fuit in bono & in gratia cōfirmata. hoc asserit Ricardus loco p̄allegato. Et Berñ. in epistola ad Lugduñ. Non enim habuit potentiā peccandi post scd̄am sanctifica tionē. ut dicit Bona. iii. di. iii. q. vi. Thomas parte ter tia. q. xxvii. arti. v. in r̄nsione ad scd̄m articulū. Alexā der de al̄. iii. parte. q. lxxxviii. Et Ricardus de media uilla. iii. di. iii. q. iiii. Sexto de p̄seuerantia in gr̄a & sta bilitate finali certificata. hoc. n. sciuit magdalēa q̄ par te optima electa. Luc. x. Apostoli de p̄mansione sp̄ūs s̄cti in eis in eternū. Ioā. xiiii. Paulus Apostolus de ise paratiōe a charitate christi. Ro. viii. Ideo non dʒ h̄ a uirgine negari: quia priuilegia gratiarum. Scd̄m Ber. aliis concessa: ab ipsa negari non debet sed concedi: & hanc certitudinē habuit & hēre potuit diuina isp̄ ratione uel reuelatiōe: uel alio modo ad hoc cōueniē ti. Septimo fuit internal̄r radiata: quia luce eterna eā radiante edidit canticū: Magnificat: in quo trino lumi ne p̄phetico. s. p̄ñtis: p̄teriti: & futuri: se illuminatam depromsit. Octauo fūt ei sacre scripture misteria quo ad incarnationē reuelata: ut ipsa exp̄ssit in ultimo can tici sui uersu: cum dixit. Sicut locutus ē ad patres no stros &c. Nono fuit sibi dei facies ut pie creditur re uelata. Saltē h̄ pie credi pōt uerbo in eius utero cō morāte eē factū. Decimo scd̄m q̄ possibile ē in p̄sen ti uita recreata: hoc seq̄tur ad nonum p̄missum. Petr? .n. uisa gloria transfigurati. dixit domine bonuʒ ē nos

Btā uirgo sp̄ālr̄ i na titate xp̄i d̄buit gau dere

hic eē. Quid btā Maria uisa deitate? Vndecio mater dei uocata & facta: quo nihil pōt dici maius ad uir ginis honorem. hoc. n. solo posito q̄ ipsa ē mater dei: sequitur q̄ btā Maria ē purissima. quia deus in mun dissimo habitare dignatur. Gratiis & donis plenissi ma: ut mater dei eēt h̄ exigebat: deo acceptissima: q̄a ipsa sola hanc apud deum inuenit gratiam. Omni lau de dignissima: quia ipsa sola pre aliis hac gloria de coratur. In mente eleuatissima: spiritus. n. eius in deo exultauit salutari suo. Intellectu illuminatissima: ha buit. n. lucem inaccessibilem in uētre suo: & conseq̄n ter in mente. Vita singularissima: in uerbo cibo potu & consolatione diuina. Sua anima p̄fectissima: saltiʒ in eē p̄fectionis & gratie est uerum & credēduʒ: & ēt de esse naturali. Cūctis creaturis amātissima: quia ge nuit creatorē omnium. Ad dandum & influēdum co piosissima: per eius. n. gratiaʒ largo sp̄ūs sancti imbre p̄fusa est omnis creatura. Scd̄m Ieronimum. Sup oēs mulieres excellētissima: cōditionibus ēt aliis. Et sup omnia eminētissima: quia imp̄atrix ē celi & terre. hec & alia uirgo btā hʒ: quia mater dei. Duodecimo: q̄a ipsa est sup omnes puras creaturas exaltata: Gratia meritis & gloria. Magnitudo glorie Marie p̄cessit ex xi. p̄misso: quia mater dei: quia ex hoc fuit & est sup oēs exaltata. Quia igitur h̄. xii. singularia fecit xp̄s in btā Maria uirginitate eius seruata in partu: matrēq̄ʒ effecit: ipsa suo ortu in utero & ex utero est a filio le tificata. Propter q̄d ipsa h̄ considerando in se facta: intonuit in laudem dei dicēs. Magnificat anima mea dominū. cuius cantici expositionē cum factis a Iesu filio in Maria: uide in ope edito a me de uirgine Ma ria fructu. xxii. ¶ Scd̄o suo ortu. d. Iesus i utero Ioan nem baptistam letificauit. Nam in montana btā Ma ria p̄gēs & intrans domū Zacharie: dum salutat co gnatam: uirtute Iesu iam orti in utero Marie: Ioānes in utero matris exultauit. Et merito quia uisitatione Iesu & Marie. Ioannes fuit tunc: Primo ab originali purgatus. Scd̄o gratificatus. quia gratia in eo fuit. Tertio spiritu sancto repletus. Quarto modo miro: tam negatiue q̄ priuatiue: q̄ modis aliis sanctificatus. Quinto confirmatus in gratia: ut nūq̄ peccaret morta liter. Sexto cognitione uirili & sensu illustratus scd̄m Augustinū & Iero. Septimo de deitate Iesu certifica tus. Octauo exhilaratus: quia exultauit in gaudio. Nono regē xp̄m ueneratus: eius aduētuʒ gaudio de clarando. Decimo sūme refect? & consolatus: q̄a diē christi uidit. Quapropter Ioānes gaudēdo: Iesu nato. Iesus ē ei natus letifice. de hoc plenissime uide in ar bore de uita btē Marie fructu. xx. ¶ Tertio i suo or tu est helisabeth mater Ioā. baptiste letificata. Nōne helisabeth ē christi ortu in utero letificata? que imple ta est sp̄ūsancto p̄sentia eius uisitata cum filio: uoce q̄ʒ salutata Marie: exclamasse uoce. magna euāgelista testatur. Hec sacra mulier domini p̄ñtia uisitata: xp̄o uʒ. existēte in utero Marie cognouit Iesum btē Marie filium. Primo p̄missoruʒ impletorē: ut sicut p̄miserat sic in Maria incarnatus erat: ut ipsa agnoscebat. Scd̄o ueterū terminatorē: Incarnādo eni se dicta & p̄plia

Letatus ē Io. baptista.

Letata est elisabeth.



ta quo ad multa sũt ipleta. Tertio cordiũ letificatorẽ
patuit in filio qui exultauit. Quarto miraculorum opa-
torem: filio Ioanni usum rõnis contra consuetudinem
infundẽdo. Quinto mẽtium illuminatorẽ: quia se sibi
& filio reuelauit. unde filius exultauit & ipsa exulta-
uit. Sexto criminum purgatorẽ: se enim & filiuꝫ a pec
cato purgauit. Septimo hoĩum sanctificatorẽ: ipsam
enim cum filio sanctificauit. Octauo recreatorẽ oĩuꝫ
& consolatorẽ: patuit exultatione filii. Nono donorũ
diffusorẽ: filium. n. & ipsam spũsancto repleuit. Deci-
mo fideliũ ꝓtectorẽ & adiutorẽ: pꝫ in Maria quã cer
nebat per tm̃ iter ad se uenisse infatigatã: & ꝙ filium
suũ. Ioãnẽ deinceps a peccato seruauit. Vndecio oĩuꝫ
federatorẽ: uidendo ipm̃ cõiunxisse sũma imis & deũ
homini. Duodecimo oĩum gubernatorẽ & dominato
rem: nam Mariã uocat matrẽ domini. Tertiodecimo
bñdictionis obtẽtorem & impetratorẽ: quia ipm̃ be-
nedictum fructũ dicit. Quartodecimo hoĩum renoua
torem: dicens ex quo facta est uox &c. Quintodeci-
mo ad laudandũ deũ incitatorẽ & excitatorẽ: quia he
lisabeth exclamat. Sextodecimo humiliũ dilectoreꝫ:
quia mater dñi: & ideo dilecta ab ipso. Decimosepti
mo pauperũ ꝓmotorẽ & exclamatorẽ: dicẽs. Vnde h̃
mihi ut mater domini mei ueniat ad me? hec oĩa he-
lisabeth uidendo merito de Iesu nato in utero & ex
utero debebat gaudere. Letificabat᷑ etiam helisabeth
p̃ñtia Marie talem filium habẽdo in utero & se uisi-
tando. Quomõ eni nõ letificabat᷑ agnoscẽdo consan-
guineam suã &c̃. Primo obediẽtissimam & ꝓmptissi-
mam. Cũ enim Maria impulsu diuino ageret: cum fe-
stinatione ad helisabeth eundo: obediẽtiaꝫ sũmã ostẽ
dit & ꝓmptitudinẽ. Secũdo in cultu honestissimã: ad
eam enim & si accessit ut seruiret: iuit nihilominus ut
uitaret cõsortia hoĩum. Tertio ipam eẽ patiẽtissimã.
per tm̃ iter ad ipam accedẽdo. Quarto sanctissimaꝫ:
h̃ cõprehendit & domũ intrando & ipam salutando.
Quinto eã eẽ uirtuosissimã: quia eã salutando saluteꝫ
eidem p̃cata est & obtinuit. Sexto ipam eẽ singula-
rem quo ad opationeꝫ & efficaciam: ad uocẽ. n. Ma-
rie cõmouetur infans & exultat in utero. Septimo ple
nam eẽ dei gratia & charitate: quia ipsaꝫ helisabeth:
repleuit spũsancto meritorie & intercessiue. Octauo
ipsam eẽ sũme potestatis: que sic eam cõmouit & ex-
clamare coegit. Nono ipsam eẽ deo acceptissimã: qa
eam bñdictam inter mulieres. i. sup oẽs mulieres as-
serit. Decimo ipsam eẽ dei filio fecũdatam: quia bñdi
ctus fructus uẽtris tui: & matrẽ eam domini dĩ. Vn-
decimo p̃cũctis eam p̃dicat humilitate insignẽ. unde
inquit mihi h̃ ut mater dñi mei ueniat ad me? Duode
cimo ipsam eẽ excellẽtissimã quo ad dignitatẽ dicẽs
eam matrẽ domini. Tertiodecimo purissimã eẽ: dum
eam asserit dei matrẽ. Quartodecimo bẽignissimam:
qa inquit ad me ueniat: cuius nõ sum digna corrigiaꝫ
calciamẽti soluere. Quĩtodecimo liberalissimaꝫ: dona
ipsa recipit: inquit. n. ex quo facta est uox tua in auri
bus meis. Sextodecimo ipsam eẽ sũme magnificentie
& bonitatis: quia btã que credidisti. Decimoseptimo
ipsam eẽ resulgẽtissimã: eaꝫ illuminando de multis: &
eundo ad ipam & cũ ea stando: ꝑpter que ipsa dicit:
ꝑficientur in te que tibi sunt dicta a dño. Quia ergo
helisabeth talẽ agnoscebat matrẽ dñi: & sic in se ha-
bere ortum dei uerbum: merito gaudebat ipsa helisa
beth & letabat᷑ xp̃i ortu. Poteratqꝫ dicere cum Aba-
chuch. ca. iii. Ego aũt in dño gaudebo & exultabo in
dño Iesu meo: & sic apparet quare & qũo ãte ẽ letifi
cata. de hoc uide pleni⁹ in ope a me edito de uita uir
ginis fructu. xxi. ¶ Quarto xp̃i ortu est letificatus il- Letat⁹ zachar
le senex antiquus & sũm⁹ sacerdos Zacharias: pater
Ioã. baptiste. Qui put in suo pꝫ cantico: cognito xp̃i
ortu & ꝓ quo fine: gaudiose & lete deũ bñdixit isrl̃.
Se enim gaudere declarauit de xp̃i ortu & cõsequẽti
bus. Primo quia pater eternus xp̃o directo hũani ge-
neris fecit redẽptionẽ: accipit p̃teritũ: propter infalli-
bilitatem diuine p̃scientie & ordinationis ꝓ futuro.
Scd̃o nostrã de Iesu xp̃o incarnato & nato fecit sub-
limationeꝫ: carnẽ sumẽdo de Dauid: sublimissimũ cor
nu fecit nostre salutis hoĩem deũ faciẽdo. Tertio ipꝫ
Iesum fecit terminatorẽ oĩum ꝓmissorũ. Fidelr̃ enim
adimpleuit que locutus fuerat per os sc̃torum tã uer
bis q̃ figuris. Quarto d̃ ipso xp̃o fec̃ hostis diaboli de
iectionẽ & prostrationẽ: eum priuando potestate: &
sanctos patres ab eius manibus extrahẽdo. Quinto
ipso uerbo incarnato: quia recõciliati deo patri: indul
gentiam & misericordiã ab ipo obtinuimus. Sexto ꝙ
patribus ad gaudiũ est ꝓmissum: Zacharias dicit im
pletum. s. dñi ad patres iusiurandũ: ꝙ se per incarna-
tionẽ daret nobis: quare p̃fatis generalr̃ xp̃i ortu col
latis: inducit nos Zacharias ad gaudiose & lete dño
seruiendum: & modũ ostendit quia in sc̃titate uite: In
iustitia quo ad deũ & ꝓximũ cuilibet qd̃ suuꝫ est tri-
buendo. Non soluꝫ autẽ gaudebat Zacharias factis
Iesu circa hoĩes generalr̃: sed ꝓpter acta circa filium
sp̃alr̃. Primo qa fecit eũ suũ fidelẽ seruitorẽ: qa puerũ
altissimi. Scd̃o illuminauit: qa ꝓphãm. Tertio suum
p̃cursorẽ & declaratorẽ fecit: ut eum aduenisse mũdo
reseraret: & sic sciam daret de eo & agnitionẽ. Quar-
to p̃dicatorẽ singularẽ: cuius p̃dicatiõe cum fide redẽ
ptoris gentes remissionẽ pc̃torum hẽrent. Demũ Za
charias magis letabat᷑. qa ortus xp̃i nostris nõ ẽ meri
tis: sed per uiscera sue misericordie. Et q̃tum bonum
xp̃i ortu est secutũ: quo merito ipse & nos letari debe
mus: ostẽdit qa fidẽ dedit qua illuminamur in hac ual
le tenebrarum: ac uiã ostẽdit per quã pedes nostri. i. affe
ctus & opa dirigunt᷑ in uiã obtinẽde ppetue pacis. Ec
ce q̃ mira Iesus ort⁹ i utero & ex utero opat: ꝑpter q̃
natus letificatione Zacharie declarat᷑. ¶ Quinto xp̃i Letat⁹ archãgel Gabriel
ortu letatus est archangelus Gabriel: qui ipm̃ nascen
dũ matri Marie nũciauerat: qa qd̃ p̃dixerat erat iple
tum. & qa regẽ suũ cernebat natũ & finẽ sciebat. pro
pter que & alia cum ipo angelo facta ẽ multitudo mi
litie celestis exercitus laudantiũ deũ lete & gaudiose.
Luc. ii. ¶ Sexto Ioseph ipse uir Marie est xp̃i ortu le Letat⁹ Ioseph
tificatus. qa & si Iesus nõ erat filius suus: erat tñ su⁹:
qa mutua traditiõe corporum facta in matrimonio iter
ipm̃ & Mariã lege thori seruata: qcqd ex Maria exi-
bat: erat ipsius: q̃re & Iesus. Et qa itegritatẽ agnosce

bat Marie iformatione angelica: sāctitatē ac filii deitatem: finemqз: qa salutem hūani generis fiendaз per ipm: gaudebat summe & letus erat. Quid eni Ioseph habuerit matrimoīo & cōsortio Marie & Iesu dixi in arbore uirginis Marie fructu.xv.&.xviii. Gaudebat eniз Ioseph uidens a xpo & sua uxore Maria. In Ioāne baptista mira fieri in helisabeth sua matre & i patre Zacharia. Et spālr in xpi ortu celestes spūs gratulari: lucē ineffabilē tenebras noctis expellētem terris dari: de Iesu pastores informari: aialia pueꝝ Iesum uenerari: Magos ad xpm adorandū stelle signo duci. Elemēta deitatē xpi ptestari: Simeonē cū Anna de puero Iesu iocondari: ac Iesum speciosuз p filiis hoium filium dei pris sibi in custodiaз dari & assignari: q puer sua deitate ipm illuminauit. Sua sctitate sāctificauit: Sua gratiositate letificauit: nō immerito ergo poterat dicere illud Apli.i. Corin.vii. Supabundo gaudio repletus suз cōsolatiōe. Et ipsi puero Iesu illud Prouer. xxiii. Gaudebit cor meū tecū. Nec immerito qa illum cernebat oculis: cuius diē Abraam uidēdo sola pmissione gauisus ē: q est gaudiū & letitia oiuз btōrū: & q cū nouis reuelatiōibus & gratiis cōtinue tāgēdo stringēdo & cū eo stando replebat. ¶ Sūt letificati alii xpi ortu.uз. pastores: qui sunt septimi in ordine. Magi Simeon & Anna: & qa de his dicet fructu & cōformitate sequēti: ad pns dimitto & uenio ad alios. ¶ Letificati sunt xpi ortu & sint in h ordine: scti pres in limbo degētes. Si.n. angelus ad gaudiū xpi ortum nūciauit pastorib⁹: pie credēdū est q ēt sctis patrib⁹. Insuper tripudiū & gaudiū ab angelis est factū deo pri in natiuitate xpi: quare & si scti nō audierūt: tn ad ipos angeli descēdentes factū gaudiuз & cām nūciauerūt: cum angeloꝝ ad ipsos cōtinuus eēt descēsus: alr nullam cōsolationē: sed desolationē semp habuissent: taз ex loco q demonū uisione: cuius oppositū doctores dicūt. Insup multi scti in pnti uita exntes: dei reuelatione agnouert: nō solū deū incarnandū: sed ēt tps sciuerunt: pз de Iacob. geñ.xlix. Nō auferet sceptrū de Iuda &c. pз de Isa.c.vii. pз de Ageo.c.ii. pз de dañ.c.ix. & sic de aliis. Nec talium post mortē sunt obliti: cum recordent pteritorū. ut dicit Augu. sup illud. ps. Fiant filii ei⁹ orphani &c. Et nono Confes. Et Grego. exponēs illud. Misericordias dñi in eternum cātabo. & oēs Doctores catholici idipm dicūt: hāc materiā tractantes.iiii. sniarū.di.xliiii. &.xlv. quare tps aduenisse xpi ortus gaudebāt. Sed quā de cā certe Prima erat quia uidebāt eoꝝ desideria quietata. Optabāt.n. totis precordiis deū descēdere p carnis assumptionē. Dicente Isa. utinā disrumperes celos & descenderes. Et sic de aliis. Et uidēdo deū incarnatū merito gaudebāt. Scda cā quia pmissa a deo erant uerificata & obseruata: sicut locutus est ad ipsos q incarnari deberet. Tertia sub figuris & enigmatibus ab eis uisa: impleta erāt & declarata. ¶ Nam qd uiderat Adam. geñ.i. Lucē factam: impletum uidebat: quia deitas incarnata. Terram germinare herbaз uirentē: qa Maria germinauit xpm hūilē. Sexta die se factū ad imaginē dei. geñ.ii. Sic sexta mundi etate factus ē alius Adam: q est imago dei inuisibilis. Fontē ascēdēteз e terra. geñ.ii. xpm egredientē a Maria. Paradisum plantatū. geñ.ii. Et lignum uite positū in medio: Mariā paradisuз cum aia xpi intelligebat: in cuius Marie utero ut in medio uita nostra xps eēt collocatus. Noe qd uiderat de arce fabricatiōe. geñ.vi. & eius ingressu: xpum intelligebat Mariā condidisse & ipam se incarnādo introisse. De arcu posito in nube: dei uerbū in carne: ad qd respiciēs Deus recordatur misericordie sue. Abraā cui dictum ē: q stellas celi si posset numeraret. geñ.xiiii. hoc uidebat in xpo impletum: cuius aia ad instar celi btā: infinitis gratiis & uirtutibus est repleta. Rebecca Isaac ē iuncta: Maria Iesu xpo ē copulata. geñ.xxii. Isaac agrum dicit bñdictū. geñ.xxvi. aia xpi & Marie omni bñdictione sūt replete. Iacob. geñ.xxvii. cernit scalam cui stat inixus deus: h uidebat impletum deitate humanitati indissolubilr unita. Ioseph. ge.xli. tres ppagines uni uiti uidit inseri. h cernebat impletum in unico supposito: tria. s. deitas aia & caro insimul eē. Manipulus Ioseph stat qa deitas carne nō inficit & humanitas latrie honore uenerat. geñ.iii. Moises rubum ardere inspexerat & nō cōburi. h cernit impletū. qa deitas in carne nō mutat. Exo.iii. Exēplar in monte ponit. Exo.xxv. xps plenus uirtutibus in Maria. Man celicū in archa. Nūeri.xii. Cuз xps in medio uētris ē locatus Marie. Nubē cernit surgere de tabernaculo. Numeri ulti. qa caro uerbi scindit de Maria. Virga statim floret. Numeri.xvii. qa in instāti corpus xpi conficit ex Maria. Iosue cernit stare solē in medio celi. Iosue.vi. quia Iesus stat in Maria. Gedeon uidet rorē i uellus descēdētē Iudi.vi. idest deitatē carni uniri. Salomon uidit gloria dñi tēplum plenuз.iii. ꝝ.viii. quia humanitatē deitate. Archā collocat i sancta sanctorū.iii. ꝝ.viii. quia aia xpi deitati unitur. Helias cernit nubē eleuari a mari.iii. ꝝ.xviii. qa humanitas xpi de uirgine sumit. Isa. uidet cum Ezechia solē.x. lineis retrogradum.iiii. ꝝ.xx. quia nouē angelorū ptermissis ordinibus: decima dragma natura hūana a uerbo est inuēta & eidem unita. Daniel lapidē de monte sine manibus cernit scindi: quia sine corruptiōe marie: caro uerbi ab ea accipit. Montē Isaias dixerat ponendū in uertice montiū. Isa.ii. Hoc intuebat impletū humanitate deitati copulata. Portam clausam intrat de⁹ ut uiderat. Ezech.xliii. qa Mariā incorruptaз deitas se incarnando. Hester iungitur assuero. i. humanitas nostra dei filio. Hester.ii. Et sic de aliis figuris: que multa in sacro eloquio ut attinent ad ppositum repiunt. Que quia impletōe erant declarate: ad gaudiū de xpi ortu patres merito inducebāt. Quarta cā. quia se exaltatos sūme hūanitatis assūptiōe & unione ad dei uerbum quo uidebāt deū factū hominē: & hoiem deum quo nihil maius. Quinta se de ppinquo intelligebāt redimendos: qa nostre carnis a deo susceptio: Ad hoc ordinabat. quare & a tali captiuitate in qua degebāt liberādos. Sexta hostē infernalem suppeditandū: qui eos tanto tēpore sub sue tirānidis habenis habuerat constrictos. Septima quia redēptione ipsoꝝ a xpo facta: per ipm ad hereditatē amissam erāt introducēdi

Quid Ioseph uidit p tres ppagines

Lux orta ē iusto in xpi natiui tate.

& restituēdi. Quibus ex causis xpi ortuȝ agnoscētes: tam reuelatione dei intrinseca: q̄ insinuatiōe angelica: letati sunt leticia magna: que audita est ꝓcul: ut in figura hētur. ii. Hesdre. c. xii. ¶ Octauo ortus xpi Iesu fuit letificus & dȝ eē iuxta dictum. ps. Rectis corde: quia lux orta est iusto & rectis corde leticia. Lux ē uere orta iusto: qa pueri Iesu ortu qui ē sol iusticie. Mal. iiii. & lux uera. Ioā. i. ac lux mundi. Ioan. viii. Lux & lumē datuȝ ē iustis multipliciter. Primo respectu credendorum: quia puer Iesus natus ē de⁹ Scda in trinitate ꝑsona: a cuius deitate cum hūanitate: ortū hȝ fides catholica. Scdo respectu colendoꝝ. In natiuitate enī xpi in signum solius dei adoratiōis: angeli nō creature sed deo gloriā concinūt. Luc. ii. Tertio respectu abhorrēdorum. Vicia. n. sūt detestata: que de⁹ homo puer Iesus in suo ortu nō accepit sed ipsis caruit: & si alios defectus hūanos accepit. Quarto respectu contēnendoꝝ. Nascēdo. n. xps iustis ostēdit mūdi contēptum & abdicationē. quia nihil pompe diuitiarū & q̄ sunt mundi hēre uoluit. Quinto respectu acceptādorum. Nam uirtutes ostēdit totis ꝑcordiis acceptādas: dum oēs se suscepisse & habuisse oriendo declarauit: ut supra dictū est. Sexto respectu subiugandoꝝ & refrenandoꝝ. s. sensualitatis & carnalis cōtagionis: q̄liter. n. sint domanda ꝑfata: In feno iacēs paruo lacte nutrit⁹ frigore affectus & nuditate: & sic de aliis incōmodis: Iesus ostēdit. Septimo respectu peragēdoꝝ quia dei mandata ꝑficiēda puer Iesus declarat: qui ut iniuncta patris ꝑficeret: nostra suscipiendo ad nostraȝ miseriam ē egressus. Octauo respectu patiendoꝝ. ut eniȝ nō turbeť iustus illatis aut incōmodis: puer Iesus nō querimoniā edidit: sed corde tacito tolerando aduersa: patiētiā conseruauit. Nono respectu expiandorum. ut. n. pro te deo patri satisfaceret. s. ꝓ pctō: carne se induit puer Iesus. & ad nos egressus est redimēdos Decimo respectu appetēdorum. nam deuȝ nos semꝑ appetere debere & ei cōiungi: puer Iesus ostēdit: qui natus nobis: deitati semꝑ remansit unitus. Vndecimo respectu intelligēdoꝝ. nam ꝓphata: tam quo ad uerba q̄ ēt figuras puer Iesus oriēs impleuit: quare & intelligēda qūo forēt: iustis lumē ostēdit & infudit. Duodecimo respectu btificandoꝝ. Naȝ Iesus puer nascēs in quo sit toti⁹ hoīs btitudo ꝺprompsit: in hūanitate. n. resurrectione btificanda: & in sua deitate corporis & aīe nostre btitudinē cōsistere declarauit. Sic ergo. xii. ꝑfatis pȝ. Lucē iustis ortam eē natiuitate dei filii. ¶ Sed non solum lucē: sȝ & cordis leticiam rectis dicit ꝑs. eē ortam. Sȝ qūo? Attende ꝙ si dei alloquutio: seu sue uisionis cōicatio fuit ad gaudiū patribus quibus sic sunt facte: multo magis ad gaudium extitit uidere deum incarnatū: natum: factum nostrū fratrē: nostrum conciuem nostrum socium nostrum seruū & ministrum: nostrum liberatorē: nostrum medicū: Nostruȝ patrem: nostrum ducē: regē & deū nostrū bonum nostrum & finē nostrum. Gauisus est pater Adam deum uidēdo in conditis & creatis & donis eidem traditis. Noe alloquutione diuina cum ꝑseruatione a diluuio. Abraam in ꝓmissionibus a deo sibi factis. Isaac i benedictione a deo in cunctis accepta. Iacob in uisione domini. Ioseph in occultorum reuelatione. Moises in legis perceptiōe. & dei ad ipm ut amici ad amicū alloquutione. Iosue in sua a deo ꝓtectione. Gedeon in uoluntatis a deo impletione. Samuel in dei uocatiōe. Dauid in sua exaltatione. Salomon in sua acceptatione. Helias in cōmonitiōe. Isaias in sui destinatiōe. Ieremias in sanctificatione. Ezechiel in mētis subleuatione. Daniel inscriptione. Et sic de modis aliis: quibus deus sanctos patres & prophetas alloquutus ē: quibus merito leticia eis est immissa. Quia tñ enigmatice deus eis loquebať: & non carnis assumptiōe. Hinc est ꝙ eis leticia: & si magna affuerit: non tñ ut rectis corde: quibus pater in natiuitate loquutus est in filio suo. Deo. n. humanato & nobis liberalr̄ condonato: iustis & rectis corde lux noua orta est: gaudium honor & tripudium. ut hētur Hester. viii. ¶ Nono & ultimo omnibus conditis & creatis: lete dñs noster Iesus xpus est ꝓgenitus. Quod utiqȝ & si iam dictū sit supra: ut apparuit ex ipsarum creaturarū omniū attestatione generali. Attamen hoc ostēdiť ex dono eis dato singulari magnifico & spāli: dictum est. n. ꝙ exultauerunt: sed de cā est uidēdum. Vbi sciēdum ꝙ omnis entitas creaturarum & si uarie distinguatur: xpi ortu habet gaudere. Primo considerato omni ente: qa de⁹ est omniū conditor gubernator & conseruator: quare sicut omnia donum ab eo habēt creationis & assidue manutenētie & gubernationis: sic creaturā ad se assumendo: in eis est materia continue iubilationis: quare eo oriente creature copulato: gaudium in eis esse dȝ. Scdo considerata re a dei uerbo ꝓgrediēte assumptouȝ. homine. quia enī homo per esse conuenit cū lapidibus: per uiuere cum arboribus: per sentire cum animalibus: & per intelligere cum spiritibus: Hinc est ꝙ assumptione hominis a deitate: exaltatio est omniuȝ creaturarū. Et cum talis assumptio hoīs sit oībus referata a xpo in suo ortu & natiuitate: quare tūc omnia debuerūt ꝑ solito gaudere. Tertio fructu pensato ꝓueniēte & cōsequēte. Nam unione hac sacra homis a deo: que ortu xpi est cunctis manifestata: omnis creatura pōt dici ex participatione ad hominē. Primo deo unita & copulata. Scdo deificata. Tertio spālr̄ adamata. Quarto sūme exaltata. Quinto nō uilipēsa sed honorata. Sexto ꝑpetuata: quia perpetuo deo unita. Septimo digne ueneratur: quia latria colitur. Octauo mundificata: quia nihil labis seu peccati in hoīe assūpto repitur. Nono in suo esse conseruata: quia & si sit assumpta: nō tñ in dei naturam conuersa seu mutata. Decimo beatificata: quia prius anima xpi beatificata fuit scdm portionē supiorē: & non totum assūmptuȝ. Vndecimo: quia renouata & reparata. Duodecimo ē indissolubili federe deo pacificata. Quare his diligenter attētis: omnis creatura christi ortu est gauisa & letificata. Ac cōsequēter pȝ prima pars huius tertii fructus & conformitatis: qūo est intelligēda. uȝ. Iesus lete progenitus que erat declaranda. Restat declarāda secūda pars. uȝ. Francisco uir letatur.

¶ Secunda pars. Tertii fructus & conformitatis. uz. Francisco uir letatur. Expositio.



Ostq̃ uisuz est in precedẽtibus: quomõ intelligit̃ prima pars tertii fruct? & cõformitatis. Restat cõsequẽter uidendum: quomõ secũda pars habet intelligi. uz. Francisco uir letat̃. Pro cuius euidentia est sciendũz: ꝙ sicut dictum est supra p imos. capi. iii. Quod deus nõ facit uerbum quin loquit̃ prius ad seruos suos ꝓphetas. Et per hoc ostẽsum est btm̃ Franciscuz fuisse declaratum eloquiis plurium: & enigmatibus figuratum. Quare & hi quibus de aduẽtu beati Francisci ẽ reuelatum: ipsum futurum agnoscẽtes: propter eminẽtiam sue sanctitatis: & fructuositatis que fienda erat per ipsum & suos copiose quo ad animas: merito letabantur. ¶ Unde cum duplex eẽ reperiatur. uz. nature & gratie: sic & duplex est ortus seu natiuitas: primus cum quis ex utero egreditur in publicum nascẽdo tẽporaliter de matre. Scd̃o quãdo quis baptismo primo & demũ per perfectã xp̃i imitationẽ renascitur deo. Sic & duos ortus oportet nos beati Francisci attẽdere. Primũ de matre. Scd̃m in religione: quãdo omnib? dimisis: christo totaliter inherendo: spiritualiter mũdo & ecclesie est natus. Modo cum multi sancti btm̃ Franciscum uiderit affuturũ: tam in esse nature q̃ gratie: & h̃ diuina reuelatione: sicut Ioannes euangelista qui statum totius ecclesie usq3 ad finem diuina reuelatione agnouit: sicut & Cirillus. & Policarpus diaconus: & Abbas Ioachim: & sic de aliis. De quibus dictum est supra fructu primo & conformitate parte secunda. Quare ꝙ prefati agnoscentes ipsum btm̃ Frãciscum destinandum: & stigmatibus decorandũ & diẽ ipsius preuidentes: iuxta dictum christi. Ioannis. viii. Abraam uidit diem meũ & gauisus est: letati sunt & gauisi. In signum cuius dict Abbas Ioachim: ut dictũ est supra. vii. caplo prophetie Cirilli. O q̃ gauderem: si tm̃ patrem cũ filiis mererer uidere. Videbat eniz eũ spiritu: tamen & corporaliter optabat uidere. Et sicut est de ipso: sic & de aliis: qui ipsum uenturum agnouerũt. Quomodo eniz homo existens in gratia: facta sibi reuelatiõe de aliquo sctõ futuro: & miris per ip̃m fiendis: posset gaudio priuari & leticia sic agnoscendo: quare nec prefati de ortu beati Francisci tam in munduz q̃ in religionẽ non potuere non letari. ¶ Sed sciendum pro materia dicendorum: ꝙ prout patet in scriptura diuina. Aliquando quis gaudet de futuro. Abacuch tertio. Gaudens gaudebo in domino &c̃. & de Apostolis dicitur. Ioãnis. xvi. ꝙ christus dixit eis. Iterum uidebo uos: & gaudebit cor uestrum. Aliquando quis gaudet de p̃terito & exultat. sicut Anna mater Samuelis: que dicit. i. Regũ. ii. Exultauit cor meũ in domino. & psalmista. Exultauerunt filie iude ꝓpter iudicia tua domine. Et actuum. v. dicitur ꝙ ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii: Quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Apostoli gaudent & letantur uiso domino. Sic & Marie. Ioannis. xxi. Iacob de Ioseph. Gene. xlvi. Letus moriar: quia faciem tuam uidi. Hester. viii. Iudeis noua lux oriri uisa est gaudium &c̃. Aliquando letatur quis & gaudet de presenti. Iuxta illud christi. Ioãnis. x. In suscitatione lazari: quãdo dixit gaudeo propter uos. Et Apostolus philipen. ii. Gaudeo & cõgratulator uobis. Et angelus. Luce. ii. christo nato dixit pastoribus. Annuncio uobis gaudium magnum &c̃. ¶ Ad propositum nostruz de ortu & natiuitate beati Francisci: tã in esse nature q̃ gratie. Quidam letificati sunt ipsum futurum agnoscentes: & hi dupliciter distinguuntur: quia quidam sunt supercelestes & superiores: utpote celestes spiritus. Alii sunt inferiores & terrestres. i. homines. Superiores & celestes cum beatum Franciscũ in speculo illo diuino cernerẽt cum suis perfectionibus. ipsum enim non puto eis absconditum fuisse: ꝓcul dubio de eius ortu & aduentu letati sunt: & generaliter. Primo in zelo animaruz. Secundo in amore ad dominum. Tertio in obseruantia diuinorum mandatorum. Quarto in puritate. Quinto in abiectione terrenorum omnium. De quibus ipsi in se nihil habent. Et quia in agnitione abditoruz fuit eis similis & conformis. Et specialiter seraphin: qa ipsum sciebant eorum incendio igniendum: & consortio copulandum: ac in sede luciferi ipsum pro premio locandum: prout reseratum est fratri pacifico: & fratri leonardo de asisio: & diabolus: ut supra dictum est confessus est. Si ergo gaudent de aliquo qui ad eorum ordinez assumitur & eorum reparatur ruina: Multo fortius de beato Francisco: qui & si futurus erat in re quãdoq3: & aliquando in esse gratie: quia tamen futura sunt eis presentia: letati sunt merito beati Frãcisci ortu & natali. Cherubin quoq3 letati sunt eum agnoscendo diuinorum archanorum misteriis imbuendũ. Throni in ipso: deo preparari habitaculum singulare: & deo totaliter uniendum. Dominationes per ipsum edoceri carnis supercilium spiritui subiiciendum. Virtutes per ipsum miracula fienda. Potestates. per eum intelligendo demones & ipsorum uirtutem ac dominium prosternendum. Principatus. ipsum principem singulari christi insignitione: tam in ecclesia militante q̃ triumphante instituendum. Archangeli. per eum secreta celestia hominibus intimanda. Angeli. eius predicatione & suorum: agnoscendo ad dominum conuertẽdos. Quare beati spiritus. perpẽdentes in arte prima & speculo diuinali: per beatum Franciscũ & suos ob predicationem uitam & exemplum mundum conuertendum quo ipsoruz ruina reparatur: de beati Frãcisci ortu & aduentu mirum in modum sunt gauisi. ¶ Sunt & leticia perfusi inferiores & terrestres: beati Francisci ortu: eum talem scientes futurum: utpote prophete ueteris testamẽti: qui tempora futura agnouerunt. Et consequenter sanctos futuros inspexerũt.

Sic̃ dupl'x eẽ sic duplex ẽ natiuitas.

Singl'i beatoꝝ spũuz ordies de ortu. b. F. letati sũt

Multi etiam in nouo testamento habentes spiritũ ꝓ-
pheticum. Vtpote Ioannes Apostolus. Paulus. Ciril-
lus. & hi quos pauloante nominaui. Hi enim diuina
insinuatione: beatum Franciscum & sanctitatem eius
scientes: de utroque eius ortu & natiuitate sunt leta-
ti. Dauid clamat se letatum in his que dicta sunt ei.
Quare & isti: dicentes cum psalmista. Letabor super
eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Quomo-
do inquam habentes charitatem dei: scientiam dei &
diuine uoluntati conformes: possent de Beati Fran-
cisci ortu non gaudere? Ex quo uidebant eum a deo
patre directum ut mundum renouaret. A deo filio ele
ctum ut suam uitam perageret & crucem baiularet.
A spiritu sancto cuius templum debebat esse perfe-
ctum per sanctificationem & uirtutum ornamentuꝫ.
Quare si angeli in paradiso letati sunt: ac homines
hic degentes: a deo inspirati. Quid homines in pa-
tria cum angelis & deo coniuncti? certe & ipsi gaui-
si sunt de destinatione & natiuitate Beati Francisci
utraqꝫ. ¶ Gauisi sunt patriarche: in filiis electis bea
tum Franciscum eis fore coequandum. Prophete at-
tendentes eum spiritu prophetico radiandum. Apo-
stoli eis uita & mundi contẽptu conformandum. Mar
tires uoluntate & opere eis sociandum. Doctores per
eum cetum informandum. Confessores in eorum nu-
merum & collegium computandum. Virgines purita
te decorandum. Sancti omnes scientes per beatũ Frã
ciscum eorum numerum multiplicandum. Et si de or
tu iusti: recti gaudent & iusti. ut dicit beatus Ambro-
sius. quare & de ortu beati Francisci utroqꝫ prefati
sunt gauisi & letati: utpote in speculo diuino de bea-
to Francisco magnalia intuentes. Sic ergo futuruꝫ ali
qui beatum attendentes Franciscũ in eius ortu sunt le
tati. ¶ De presenti sunt pleriqꝫ letificati de Francisci
ortu tam in esse nature q̃ gratie. Et primo letati sunt
sancti Angeli: Sicut enim in christi ortu tripudium
gessere magnum: sic pie credendum est factuꝫ: in bea
ti Francisci natiuitate. Quod etiam astruitur per lo-
cum ab oppositis. Angeli & demones & si natura
sint conformes: difformes tamen sunt gratia merito
& uoluntate: & quod uni placet alteri displicet: & de
quo unus scilicet demon deflet & plorat: alius scili-
cet angelus cantat laudat & iubilat. Sed in beati Frã
cisci natiuitate demones infernales maximo affecti
sunt terrore & dolore. ergo patet ꝙ Angeli letati sũt.
Sed ꝙ hoc uerum sit de demonibus patet per illud
quod dictum est a diabolo: Sicut superius dictuꝫ est.
per os unius demoniaci: qui beati Francisci presen-
tia: temporis in processu fuit liberatus: ꝙ scilicet ho-
ra natiuitatis beati Francisci tantus terror & com-
motio fuit in inferno ꝙ lucifer cum aliis crediderunt
Christum ad iudicium descendisse. tandem inueni-
entes Beatum Franciscum esse natum: pro certo te-
nentes ipsum eorum hostem & destructorem futurũ:
indicibili dolore sunt repleti. Et tunc ut dixit prefa-
tus demoniacus: De extinctione pueri. Beati uideli-
cet Francisci ordinarũt: statuentes si ipsum nequirent
superare: contra ordineꝫ ipsius sceuituros. Et que tũc
statuerunt contra ordinem peragenda: nunc certe cer
nimus esse completa. Quo concluditur cum contra-
ria modis fieri habeant contrariis. Si hostes demo-
nes tristati extitere Beati Francisci ortu: ꝙ sancti in
celo singulari gaudio sunt letificati. ¶ De presenti
& futuro: gaudium habuit & leticiam mater ipsius
Beati Francisci uocata domina picha: que morum
preclaritate & uirtute: uelut altera helisabeth spiri-
tu irradiata diuino: Cum beatum Franciscum conce-
pisset: sciens que fienda erant per ipsum filium suum:
non solum letata est: ut helisabeth in ortu eius: Sed b.F.i[...]
ipsum Ioannem in sacro baptismo uocauit: dans in- ptismo
telligere beatum Franciscum puerum filium suuꝫ san annes
cto Ioanni baptiste similandum in pluribus & confor cat⁹ ẽ
mandum. Si enim beatus Franciscus similis factus sctõ Io
est filio Marie domino Iesu christo: a fortiori sancto silis.
Ioanni baptiste. Beatus enim Franciscus ipsi sancto
Ioanni baptiste similis esse reperitur: Nam sanctus
Ioannes baptista precursor christi fuit: beatus Fran-
ciscus predicator & signifer christi: qua in re Ioan-
nem ipsum excedit: sanctus Ioannes fuit penitentie
predicator: beatus Franciscus & predicator & ordi-
nis penitentie institutor & ordinator. Et quo ad hoc
beat⁹ Francisc⁹ Sanctum Ioannem precedit: quia plu
res ad dominum conuertit: & in pluribus locis per se
& suos penitentiam predicauit. Quia sanctus Ioan-
nes in iudee gremio umbilico & populo: beatus Frã
ciscus cum suis in toto mundo: ac tres ordines peni-
tentiales instituit scilicet fratrum Minorum: Sororuꝫ:
& fratrum de penitentia. sanct⁹ Ioannes omnia deser
uit & ad desertuꝫ perrexit: Beatus Franciscus pater-
ne hereditati coram episcopo abrenuncians uniuer-
sa dimisit: nihilqꝫ eorum que sunt mundi habere uo-
luit: & loca solitaria & deserta hilari animo totoque
affectu semper quesiuit. Sanctus Ioannes conuertit
multos ad penitentiam per duos annos & paruꝫ plus
predicando. Conuertit plures beatus Franciscus
cuꝫ suis per annos decem & octo continue predican
do. sanct⁹ Ioannes predicando: Verbum de peniten-
tia accepit a domino: beatus Franciscus de predican
da penitentia accepit a deo mandatum & a domi-
no papa. Sanct⁹ Ioãnes qualis esset futurus: per An-
gelum patri: & per spiritum sanctũ: & per prophetas
fuit declaratus: Beatus Franciscus a prophetis fuit
declaratus & a domino Iesu christo. Vt dictum est su
pra conformitate: & fructu primo. Per angelum fu-
it matri etiam declaratus & famule in specie peregri
ni: ut dictum est supra. Et dicetur fructu & confor-
mitate sequenti. Sanct⁹ Ioannes matrem intercessi-
ue spiritu prophetico repleuit: beati Francisci matreꝫ
dominus prophetam fecit: que admirantibus uici-
nis de filio suo scilicet beato Francisco: eum futu-
rum gratie predixit filium. sanctus Ioannes sic est uo
catus a matre. Beatus Franciscus in baptismo Ioan-
nes est a matre sua uocatus. sanctus Ioannes in ute-
ro & extra prophetauit. beatus Franciscus in utero. i.

in carcere apud perusium captus: cuz gaudio se magnum futurum in mundo predixit: & in uita sua spiritu prophetico claruit. sanctus Ioãnes amicus sponsi: Beatus Frãciscus similis domino Iesu christo: sanctus Ioãnes obiurgator peccatorum. beatus Franciscus detestator prauorum. Patet in nobilibus de Perusio quorum predixit expulsionem ob ipsorum peccata. Et patet ex aliis in legenda: ut dicetur fructu & conformitate nona. sanctus Ioannes cõgregator fuit discipulorum. beatus Franciscus aggregator & omnium sanctorum: sanctus Ioãnes uita fuit singularissimus. beatus Franciscus in uictu fuit parcissimus: utpote qui uix sumebat ea que ad sustentationez nature necessaria sunt. & in una quadragesima de duobus panibus: medietatẽ sumpsit unius. sanctus Ioannes mundo singularissimus fuit sanctitate. beatus Franciscus excellentissimus fuit ad christum pre aliis stigmatizationis conformitate: sanct⁹ Ioannes in ordine seraphico sublimatus: beat⁹ Frãciscus in ipso ordine in sede luciferi collocatus. Sic ergo per ea que dicta sunt manifestũ est & clarum ꝙ quia beatus Franciscus futurus erat sancto Ioãni cõformis: mater eius diuino spiritu afflata & illustrata eum uocauit Ioannem: ac uelut helisabeth in eius natiuitate & ortu letata est. ¶ Sed nũquid alii sunt gauisi de ortu beati Francisci? Certe dicendum est ꝙ sic: & pro hoc ista secunda pars principaliter ponitur: sed qui fuerunt hi? dico ꝙ fuerunt Enoch & Helias. Hi eniz ortum missionez & natiuitatem beati Francisci in mundũ in esse gratie & religionis agnoscẽtes. Maximo gestiere gaudio: maximaqz leticia letati sunt. Vt eniz in legenda habetur fratris benedicti de Aretio uiri moribus & sanctitate preclari: qui a beato Francisco fuit habitu indutus: & minister antiochie ordinatus. Ipse frater Benedictus de partibus ultramarinis duz rediret ad Italiã: superueniente maris tempestate pro alleuiatione nauis que in periculo erat submersionis: Sorte ut alter Ionas missus est in mari. Quem Angelus domini suscipiens: ad paradisum deliciarum duxit: ubi dum esset iterrogatus ab Enoch & Helia: cuius esset ordinis. Respondit ꝙ erat de ordine beati Francisci: dixerunt ergo Franciscus uenit? Et eo respondente ꝙ sic: Maximuz ceperunt gaudium facere & tripudium dicentes: ꝙ tempus antichristi in breui affuturum erat: & ipsoruz per martiriuz ad celuz ascensus: Dictuz fratrez ducentes per paradisuz: omnia ostenderunt eidem. Qui post moraz susceptus ab angelo: in portu ante alios de sua naui est locatus Anchone. Sic ergo uir sanctus Enoch & Helias propheta preclarus: unusquisque eorum de beato Francisco est letatus. Nec immerito cum simile simili gaudeat & letetur. Beatus enim pater Franciscus cum fuerit Enoch in oratione: uoluntatis diuine impletione & dei beniuolẽtia. ac Helias uerbo ignito: zelo: uite austeritate: contẽplatione: ac in curru igneo subleuatione & transfiguratione: de eius ortu ut sancti & iusti gauisi sũt. Sic ergo apparet quomodo alii qui de presenti gauisi sunt & letati: De beati Francisci ortu & natiuitate tam in esse gratie q̃ nature.

¶ Fuerũt & sunt multi qui letantur & gaudent de beati Francisci ortu utroque & natiuitate pro preterito: qui gaudent de ipsius in munduz ortu & destinatione. Gaudet enim primo mater ecclesia ad cuius directionẽ & operationez: ut christus dixit beatus Frãcisc⁹: erat a deo destinatus & directus. Secundo Ierusalem superna: idest ciuitas celestis: cuius ciuitatis factus habitator & ciuis eaz nobilitat sua gloria cum comitiua suorum. Tertio omnes angeli & sancti ceteri quorũ consortio insertus: inter ipsos stigmatum impressione precellit priuilegio speciali. Quarto gaudet sancta dei genitrix semper uirgo Maria: cui deuotissimus seruus fuit & filius: & per eius obtentum multas gratias a domino Iesu christo obtinuit. Quinto letatur ipse ordo fratrum minorum: cum ordine sororum & fratrum de penitentia: quorum pater & institutor fuit ipse beatus Franciscus: cuius institutionibus optimis dirigitur & protectionibus quotidie adiuuatur. Sexto exultat assisii ciuitas que hũc peperit orbi: cuius sanctitate & miraculis diuulgatur in mundo & declaratur. Septimo tota Italia cũ prouincia tuscie: que ipso celebris habetur ubiqz: & eius factis & gestis pre aliis patriis honoratur & eruditur. Octauo gaudent anime in purgatorio degentes: que eius natalitio: & presertim si de aliquo trium ordinum ab eo institutorum fuerint: a penis liberantur & ad gaudia uolant paradisi. Nono gaudent omnes male habentes & uariis detenti infirmitatibus: cuius inuocatione cum precibus a deo perfectissime liberantur & curãtur. Decimo gaudent mortui: qui eius meritis resuscitãtur a deo: de quibus conformitate & fructu. xxxix. tractatur. Vndecimo peccatores exultant: qui eius precibus de morte ad uitam resuscitantur ut penitẽtiaz peragant: ut patet specialiter de domino Petro rodoñ episcopo: qui gratiam inueniunt in presenti: & misericordiam & gloriam in futuro: Iuxta promissa a christo beato Frãcisco. Duodecimo letantur infideles: quorum terra filiorum beati Francisci fratrum insigni martirio coronatur: & sanguine irroratur: ac per filios beati Francisci ad lumen uere fidei deducuntur. Tertiodecimo gaudent ipsius deuoti: cuius patrocinio in presenti protegũtur ab hostibus: & demuz celestium bonoruz participes fiũt. Vltimo gratulatur & gloriam recipit ipsa beata trinitas pater filius & spiritus sanctus ex effectibus mirandis in beato Francisco peractis: & per ipsum beatum Franciscum actitatis: sicut artifex in suo artificiato: & ex eo comendatur & laudatur: ac in ipso complacet & delectatur. Sic ergo mãifeste apparet per ea que a nobis dicta sunt secũda pars huius tertie conformitatis & fructus. uidelicet. Francisco uir letatur. Accedendum est nunc ad expositionẽ quarti fructus & conformitatis.

¶ Quartus fruct⁹ & conformitas. Iesus magis exhibitus. Fracíscus amplexatur. Expositio prime partis. uidelicet. Iesus magis exhibitus.



Ato saluatore: sicut eius ortus cunctarum creaturarū attestatione est mūdo declaratus: ad gaudium esse omniū conditorum: sic ipse a deo patre per suam matrē dulcissimam scilicet Beatam Virginem Mariam multis traditus est: & exhibit⁹ ad ipsorum leticiam & gaudium & consolationem. uidelicet sanctis pastoribus: magis: Simeoni: & Anne. prout in parte superius est actum. Quod autē hic fructus & conformitas non de pastoribus Simeone & Anna facit mētionem: sed solum de magis: pro tanto de ipsis specialiter ponitur: quia ipsi ratione regie dignitatis Ceteris nobiliores & excellentiores extimantur. Et quāuis ut dictum est fiat de eis specialiter mentio: de aliis nihilominus intelligitur. Decebat enim ut puer Iesus & si humiliter natus esset: a quolibet tamen genere creaturarum agnosceretur: & per consequens sicut ab angelis: rebus insensatis: brutis animalibus est cognitus: sic & ab homine propter quē uenerat agnosceretur: ac cognitus honoraretur & ueneraretur: & ab hominis statu quolibet ac sexu. Cum ergo in statu hominis quidā sint plebei: & tales per pastores. Aliqui nobiles: & hi designantur per magos reges. Aliqui de ordine sacerdotali: & hi per Simeonem. Alii uero sunt sexu mulieres: & hi designantur per Annam uiduam. A pastoribus: Magis: Simeone & Anna agnitus puer Iesus tam a sexu utroq̄ hominis q̄ statu quolibet agnit⁹ est: quis qualis & quantus esset. Et non solum talibus ad leticiam est natus: Sed etiam exhibitus est a matre proculdubio ad gaudium & exultationem. Ac consequenter ut eius maiestatem quilibet panderet: eū digne excoleret: & in humanitate pueri Iesu eius deitatem homines agnoscentes: deum uerum & hominem predicarent. ¶ Maria enim non inuida sed beniuola: non superba sed humilis ancilla: misericordie mater & regina: letificata sui filii ortu: Et propter fecunditatem cum uirginitate: & uirginitatem cum fecunditate: & sui filii deitate ac maiestate: nec non & alia: de quibus dictum est fructu & conformitate precedenti: Benedictum filiū uolens omnibus ostendere: & ad leticiam dare. non in loco clausit secreto: sed in publico posuit. uidelicet in diuersorio: ut omnibus aduentantibus pateret libere qui ad ipsū debite accederent & deuote. Sed licē quātum in ea fuit omnibus eum ad uidendum exposuerit: Quia tamen tanti pueri non quilibet dignus erat aspectu: secreto dei consilio ad uidendum prebuit pre aliis quatuor generibus personarum. ¶ Et primo pastoribus. idest simplicibus seu humilibus ad uidendum prebuit & adorandum: & ut pie creditur ad osculandum. Et quia ut dictum est dei consilio Maria hoc egit. Videndum est quales hi fuerunt pastores. Et quid agnouerunt esse puerum Iesum: Et consequēter apparebit q̄ non fortuitu: sed dei prouidentia: tales pre aliis ad deum uidendum humanatum sunt admissi. Et sic patebit qualiter christi ortu & facta eis demonstratiōe sunt gauisi. ¶ Pro prima euidentia querendum est: cur beata Maria & pater celestis uoluit prius christum exhibere pastoribus q̄ aliis hominibus utpote: magis sacerdotibus & potentibus. ¶ Respondetur q̄ hoc actuē est. Ne deus uideretur esse acceptator personarum: ut magis uideretur diligere potentes q̄ humiles & pauperes. Secundo quia pauperes & humiles exaltat: superbos odit & humiliat. Tertio ut effectu ostenderetur quod postmodum per ipsum christuē est proclamatum: ut sanctus Matheus euangelista in undecimo capitulo sui euangelii dicit. s. Confiteor tibi pater domine celi & terre: qui abscondisti hec a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. Quarto ut quorum consortium diligeret scilicet humiliū: in pastoribus demonstraret. Quinto quia ipse de pastoribus corpulentam traxit substantiā: ut patet de Abraam. Isaac. Iacob. Iuda. Dauid: qui pastores fuerunt. Ad pastores enim loquens scilicet prefatos se uenturum promisit. Cum pastoribus fuit prius amicabilis eius conuersatio: hoc manifestū est: cū Abraā enim non solum est loquutus multotiens: sed & comedit ut in decimo octauo capitulo libri genesis patet. loquut⁹ est Isaac. Iacob. Moisi. Dauid &c̄. Sicut patet ex serie sacre scripture. Pastorum prius sacrificia acceptauit. Patet de Abel. genesis quarto. Abraam &c̄. Pastoribus populi sui imperium & regnum dedit: patet in Moise: Dauid & aliis. Quare & christus est prius exhibitus pastorib⁹ q̄ aliis. ¶ Sed sex sunt in causa horum pastorum conditiones. Licē enī quispiam possit dicere q̄ pro tanto prius uiderunt: quia propinquiores erant ad locum ubi puer Iesus erat: ut ostendit euangelium: Attamen conditiones deo placentes in causa fuere. hi enim pastores ut dicit sanctus Lucas in euāgelio. capitulo secūdo. Erāt a somno peccati elongati: quia erant uigilātes: Sensus internos & externos sollicite gubernantes: quia erant custodientes gregem suum: dei dona considerantes: quia seruabant uigilias noctis. In uigilia matutina percussit domin⁹ castra egiptiorū. Exo. quartodecimo per pastorem Moisen. Innocentia decorati: quia pastores idest simplices. Deo accepti quia Angelus domini stetit iuxta illos: non ante uel supra: nec post uel subter: quare & gratia repleti. Noticiam dei habentes: quia claritas dei circunfulsit illos. Timorati: ideo dicitur q̄ timuerunt. Cōtra diabolum securati: ideo dicitur eis. Nolite timere. Ad fidem euocati: Ideo dixit eis Angelus euangelizo uobis gaudium magnum. Leticia diuina confortati: ideo gaudium magnum possident. In fide plenius instructi: Quia est uobis Saluator natus: Christus

Cur xp̄s pastorib⁹ priusq̄ aliis exhibitus est.

Sex cōditiōes pastorū quare meruerūt uidere xp̄m

dominus in ciuitate Dauid. Ab omni hesitatione & dubitatione separati. ideo dicitur hoc erit uobis signum. Charitate dei feruentes. Non solum unus Angelus sed plures eis apparuerunt. ut dicitur Luce capitulo secundo. Factum est dum discesserunt angeli ab eis: quam plures uiderunt. Concentus angelicos audientes scilicet cantantes angelos gloria in excelsis deo. Prumpti ad dei mira indaganda & ueneranda: quia loquebantur adinuicem dicentes: transeamus usque bethleem: & uideamus hoc uerbum quod factum est quod fecit dominus & ostendit nobis &c. Super terrena per cogitationem erant eleuati: quia uerbum intellexerunt carnem esse factum. Sollicitudine non pigri: ideo uenerunt festinantes. A deo pre cunctis aliis acceptati quia inuenerunt beatam Mariam & infantem positum in presepio. De promissionibus factis patribus certificati: quia uidentes cognouerunt de uerbo quod dictum est illis de puero hoc & reliq. Dei magnalia predicantes: quia mirati sunt omnes qui audierunt &c. Pro impensis beneficiis deo grati: quia laudantes & glorificantes deum. Quia ergo sic erant isti sancti pastores beata uirgo Maria prius eis quam aliis filium suum exhibuit uidendum & adorandum. ¶ Sed quomodo ad Iesum Christum uidendum uenerunt? Certe diuina reuelatione: quia Angelus apparuit eis: & non naturalibus freti uident deum: sed gratia diuina: quia gratia dei circumfulsit illos. ¶ Sed quid intellexerunt esse Iesum puerum filium Marie? Certe imperatorem angelorum: quia ad ipsos angelum destinauit. Illuminatorem cordium: quia claritas dei circumfulsit illos. Protectorem suorum: quia facit angelos stare iuxta ipsos. Debilium roboratorem. ideo dixit eis Angelus. Nolite timere. Veri reseratorem: quia euangelizat eis. Mentis recreatorem: quia gaudium magnum dat ipsis & omni populo. Deum uerum & hominem: Quia Christus. Omnium gubernatorem: quia Dominus. Nostrum redemptorem: quia saluatorem. Hominum deuotorum refectorem: quia in ciuitate Dauid. i. Bethleem nascitur. Promissorum exhibitorem: quia hoc erit uobis signum. Mundanorum detestatorem: quia pannis inuolutum & reclinatum in presepio &c. Angelorum & aliorum Iocundatorem: quia gloriam cantant angeli ipsi Iesu Christo nato: Qua in re hec attendentes sancti pastores iuxta dictum angeli: iesu uiso & adorato gauisi & letati fuere: ut in precedentibus est dictum: & iuxta dictum angeli gaudium magnum habuerunt: & sic patet quod beata uirgo Maria prius filium suum pastoribus idest humilibus exhibet & quibus de causis. ¶ Secundo beata uirgo Maria ut dicit hic fructus & conformitas: sanctis magis exhibuit & dedit ad uidendum filium suum puerum: adorandum & osculandum. Sed sciendum primo quod cum Christus puer esset rex regum: & dominus dominantium: licet ex humilitate in presepio pauperrimus decubaret: decentissimum tamen fuit ut in suo ortu monstraretur regibus. Agnosceretur a regibus: timeretur a regibus: ueneraretur a regibus: inquireretur a regibus: diuulgaretur a regibus: profiteretur a regibus: cum gaudio uideretur a regibus: & ut generalis imperator & dominus honoraretur a regibus. ¶ Secundo sciendum quod & si magnum fuit Iesu Christi ortum per creaturas attestari sensibiles & Angelos. Veruntamen quo ad homines magnum fuit testimonium accepisse a magis. Et ratione gentis: quia non iudei sed Gentiles fuerunt. Ratione officii & dignitatis: quia reges erant ut dicit ecclesia. Ratione intelligentie & sufficientie: quia in astrologia erant peritissimi. secundum quod Ioannes Chrisostomus testatur. Ratione certificationis quia Christi Iesu stellam uiderunt. Ratione apparatus & ostensionis: quia non latenter sed apparenter uenerunt: quia Ierusalem Ciuitatem scilicet famosam & toto orbi tunc celebrem. Ratione testificationis. dicentes uidimus stellam eius in oriente &c. Ratione professionis. dicentes uenimus adorare eum. Ratione deuotionis quia adorauerunt eum. Ratione deductionis quia eo adorato deducti sunt per aliam uiam in regionem suam. ¶ Tertio sciendum quod Iesum Christum puerum & si uiderunt eum: postea per Mariam matrem eis exhibitum: eum tamen uiderunt prius in signo insolito & singulari: quo uiso ad eum uidendum corporaliter & uenerandum accesserunt. uidelicet in stella. ¶ Quod signum stelle & ipsa stella: Quo ad causam efficientem fuit signum excellentissimum: ut dicit glosa Mathei secundo: fuit a deo quia creatum. Quo ad materiam fuit singularissimum hoc signum: quia non de preiacente materia: sed de noua creata. Quo ad formam fuit stella uerissima. ut dicit beatus papa Gregorius sexto libro suorum Moralium. Sed pulchrior aliis in forma & figura: ut dicunt beatus papa Leo in sermone de epiphania domini & s. Augustinus. Quo ad refulgentiam fuit radiosissima. nam multipliciter magos illuminauit: ut dicetur. Quo ad influentiam fuit efficacissima. Nam dedit sanctis magis intellectum de Iesu Christo: & audaciam in profitendo Iesum Christum. Quo ad ea que gessit fuit stupendissima: patet in apparitione eius. Occultatione. Reapparitione. Ductione ad Iesum Christum: & operatione: quia magos letificauit: ad Christum Iesum perduxit & ministerio expleto esse desiit. quare hoc signum fuit singulare & alias insolitum & inuisum: & si per Balaam fuerit prophetatum. Numeri uigesimo quarto. Orietur stella ex Iacob &c. huius ergo stelle uisione maximo stupore & admiratione affecti sunt sancti Magi: utpote que ab eis nunquam est alias uisa. Consolatione spirituali repleti: ortum dei per ipsam intelligentes. Iocundati: deum humanatum per ipsam agnoscentes: Ac gaudio magno repleti & letificati: ipsius demonstratione atque ducatu ad adorandum Deum hominem pertingentes. Huius ministerio sancti magi & aliud uiderunt: & aliud mente conspexerunt: ut dicit. Beatus papa Leo in sermone. Vnde hanc stellam que duo significabat Mariam scilicet & filium: sancti magi utputo de eis magnalia perpenderunt. prophetia enim Balaam de stella Iacob: potest tam Ad Mariam Virginem quam ad eius filium. ut in ope-

Stella quam uiderunt magi.

Stella magorum. B. Mariam signisicabat

re de uirginis Marie uita declaraui: referri. ¶ Quare ad utrunque stelle misteria coaptando: & primo ad matrem: deinde ad filium. ¶ Dico ꝙ sancti magi per stellam quam in aere primo uiderunt beatam uirginem Mariam intellexerunt. quam & postea oculis corporalibus cum filio aspexerunt. Ipsa enim est stella ex Iacob nata: & ex Dauid splendida & matutina. Huius stelle radii sunt mirabiles: & per magos misterialiter intellecti. Intellexerunt enim huius stelle. uidelicet. Primum radium scilicet eam esse quo ad genus preclarissimam: quia eius filium Regem iudeorum professi sunt: quare & matrem origine insignissimam: utpote que ex uiginti & uno regibus orta est. Secundum radium prophetis sanctis notissimam: patet quia Balaam hanc uidit: Micheas ortum predixit filii: quare propositum. Tertium radium ipsam esse mundissimam: quia non habitat in carne deus subdita peccatis: in hoc istud ostenderūt: se eius filium deum dicentes uenisse adorare: quare & matrem dei eā asserētes. Quartū radiū. eā esse pauperrimam: & cultu abiectissimam hoc ex loco apprehenderunt: ubi cum filio residebat: & utrorumq; ornatu; & apparatum. Quintum radium ipsam esse humilimam cum filio humiles diligentē manere conspicientes. Sextum radium in aspectu uerecunda;: non in publico uagantem: sed intus cum filio stantem: oculos deflexos ad terram habentem aspexerunt. Septimu; radium esse reuerentissimam in obsequendo. Inuenerunt enim ea; cū puero eide; officiosissime obsequentem: nec in puncto ut humilis ancilla ab eo recedentem. Octauum radium eam esse prudentissimam & in uerbis & in gestu: & ad hoc ostendendum euangelium nihil ponit beatam uirginem Mariam Magis loquutam esse. Nonum radium ipsa; esse liberalissimā: cuius liberalitate; perpenderunt ex filii ad uidendu; osculandum & adorandum traditione & concessione: tantum donum eis largiendo. Decimum radium eam esse plenam gratia & in donis copiosissimam. Intelligentes enim eam dei matrem: consequenter agnouerunt ei esse concessa: que ad dei maternitatem exigebantur. Vndecimum radium ipsam esse super omnes sanctos & sanctas sanctissimam: quia ad supremum sanctitatis gradum dei maternitate peruenit. Duodecimum radium eam esse deo dilectissima;: & hoc ex eius electione ad dei maternitatem pre aliis mulieribus intellexerunt. Tertium decimum radium ipsam esse illuminatissimam quod ex radiatione stelle materialis apprehenderunt. Si eni; illa sic relucebat: quanto magis Maria per ipsam designata. Quartum decimum radium eam esse super omnes mulieres in benedictione excellentissima;: quia sola ipsa dei filiu; generauit. Quintu; decimum radium ipsam esse super omnes creaturas eminentissima;: quia nihil maius potest effari: ꝙ ipsa; domini dei matrem dici. quare propositum concluditur. Sextum decimum radium omni laude dignissimam: quia uirtuosissima; gratiosissima; & dei matrem quare propositum. Hi sunt radii quos de stella scilicet beata uirgine Maria procedētes: sancti magi uiderunt & intellexerunt. ¶ Sed si radios hos de beata uirgine Maria: iuxta dicta Balaa; que apud eos manebat uolumus intelligere: possumus dicere ꝙ sanctam Mariam beati Magi. Primo uiderūt esse patrum imitatricem: quia sicut a Iacob ut dicit prophetia corpoream traxit substantiam: sic habuit uirtutem per imitationem. Secundo parentu; & aliorum consolatricem. Ad parentum enim consolationem est ut ex eis aliquis magnus oriatur. Maria aute; est orta ex Iacob. Tertio sanctorum illuminatricem. Si enim Balaam ut cognosceret Mariam uirginem fuit illuminatus: qui erat prauus & malus: multo fortius prophete alii ꝙ ex Iacob ipsa oriri deberet: sunt illuminati ea pro futuro hoc merendo. Quarto diuinorum inspectatricem. unde per scala; Iacob: ex stella ex eo nata ascēdebat & exurgebat ut dicit prophetia. Quinto uitiorum extirpatricē: quia stella & consequenter purissima. Sexto omnium benedictionum contentricem: quia ex Iacob orta: & consequenter ut ipse omni benedictiōe Genesis uigesimo sexto est benedicta. Septimo errorum & heresum dissipatricem: quia stella: quare clarissima & sine erroru; macula: & ex Iacob orta in quo non est idolum. Numeri uigesimo quarto. Octauo rectorum operu; exemplatricem: quia ut stella fulget ut Iacob duodecim filios idest duodecim uirtutes emittens: que opus bonum ostendunt & efficiunt: que sunt. Humilitas. Mansuetudo. Paupertas. Charitas. Austeritas. Rigiditas. Fidelitas. Misericordia. Pietas. Iustitia. Temperantia & in bono perseuerantia. Nono petitorum impetratricem: quia stella ex Iacob orta. quare cum non minor Iacob: exaudita in cunctis ut ipse Iacob fuit. Decimo hostium supplantatricem & subiectricem: quia ex Iacob qui supplantator interpretatur: at Marie uirginis sub pedibus hostis diabolus stat ꝓstratus. Vndecimo archanorum speculatricem: quia orta ex Iacob: qui dominum uidit facie ad faciem Genesis trigesimo secundo. quare & dei conspectrix. Duodecimo futurorum inspectatricem: quia orta est stella ex Iacob: qui propheta fuit Genesis quadragesimo nono. quare & ipsa hoc donum habere dignum fuit. Tertio decimo christianorum dilectricem: quia orta ex Iacob: qui amore tenerrimo suos dilexit filios. quare & uirgo Maria christianos: a christo Iesu filio suo progenitos: diligit & amat amore singulari. Quarto decimo donorum largitricem: quia ex Iacob orta: qui donis suis fratrem placauit Genesis trigesimo secundo: Maria omnibus dat affluenter. Quinto decimo mundi imperatricem: quia ut Iacob factus est a patre Isaac dominus fratrum suorum: sic ipsa a Iesu Christo facta est imperatrix cunctorum. Sexto decimo seruatricem mandatorū: quia Iacob dei precepta seruauit: sic & Maria uirgo eius uoluntatem effecit: dicens: Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum uerbum tuum. ¶ Sancti magi & si non ponitur expresse in sacra scriptura ꝙ predicta uiderint de Maria uirgine. Attamen in lumine illo superno quo cognouerunt deum carnem assumpsisse

de ipsa: prefata & maiora cognoscere ualuerunt. Quibus agnitis de ista stella benedicta: uidelicet beata uirgine Maria gaudium magnū & letitiam habuerunt. ¶ Verum & si stella quam uiderunt beatam designaret uirginem Mariam: principaliter tamen designat dominum Iesum Christum: quare ad fulgorem huius micantis sideris scilicet pueri Iesu Christi oculos mentales eleuantes: uiderunt multa uelut radios ab ipsa stella procedentes. Ostendit enim se puer Iesus Christus his sanctis magis multos radios a se erga ipsos emisisse: quibus de ipso noticiam singularissimam habuerunt. ¶ Nam ab ipsa stella Iesu Christo uiderunt magi egredi ad se illuminandos: Primum radium: ostendendo se esse consolatorem afflictorū: quia se eis ostendit: cuius ortus ad gaudium magnū est omni populo. Luce secundo ut dixit Angelus. Secundum radium ostendendo se esse ueterum terminatorem & promissorum: dum in diebus Herodis regis natus est: & a sanctis Magis adoratus: cuius in tempore prophetia Iacob. genesis quadragesimo nono impleta est. Non auferetur sceptrum de iuda &c̄. Sic & Daniel. Danielis nono. de septuaginta ebdomadibus annorum. Tertium radium. ostendendo se esse excitatorem deuotorum. Nam ipse sanctos magos excitauit ad se querendū. Et ideo hoc ostendit euangelista Mat. secūdo dicens. Ecce magi ab oriente &c̄. Nam eos excitauit & ad se adorandū perduxit. Quartum radium. ostendendo se esse cordium corroboratorem. corda enim Magorum adeo roborauit: ut non timerent Herodem seu Romanos: querendo regem iudeorum. Quintum radium ostendendo se esse gubernatorem mundanorum: quia eum dicendo regem: patet ipos illuminatos a christo fuisse: esse rectorē mundanorum ubi est inquiunt rex iudeorum? Sextum radium ostendendo se esse mirorum patratorem & creatorem: quia inquiunt magi. hoc radio illuminati. Vidimus stellam eius &c̄. quā scilicet condidit & creauit. Septimum radium ostendendo se esse obcecatorē malignorum. Quod utiq̄ agnouerunt: uidentes Herodē & Ierosolimitas turbatos esse Christi ortu & natiuitate: Qui si oculos uidētes habuissent: De christo nō perturbationem sed gaudium percepissent. Octauū radium se esse ostendendo ductorem & directorē insciorum. Quod ostendit dum eis a Ierosolima discedētibus: stellam quam prius uiderant emisit: ut iter preberet usq̄ ad locum in quo degebat. Nonum radium se ostendendo esse recreatorem anxiorum. Nam qui amissione stelle prius erant desolati: ea recuperata letati & gauisi sunt gaudio magno. Decimum radium. se ostendendo esse contemptorem mundanorum. Nā ipsum reperierunt non in pallatio sed in presepio. Nō in loco odorifero sed fetenti quia in stabulo. Nō amictum pannis sericeis: sed contectum uilibus panniculis. Non in culcitra: sed in feno cubitantem. que uidētes de eius paupertate & humilitate tanta admirati sunt. Vndecimum radium. se esse ostendendo deum uerum: & habere cum humanitate deitatem: & per consequens omnium entium primum & supremum. Nam eo uiso statim genu flexi: adorauerunt eū. Duodecimum radium se esse ostendendo generalem dominum mundi: & habere imperiositatem: quia in signū subiectionis tria dedere munera. Aurum. Thus & Mirram. Tertium decimum radium. se esse ostendendo cognitorem occultorum. Nam inspecta mala intentione Herodis: magos monuit: ne ad ipsum redirent Herodem. Quartum decimum radium. se esse ostendendo preuisorem futurorum: per aliam uiā ipsos ad propria reducendo. Quibus radiis sancti magi de puero Iesu Christo habitis & illuminati: Merito de Iesu christo a Maria uirgīe eis exhibito: ad osculandum uidendum & adorandū sunt gaudio magno letati. Sic ergo patet quomodo btā uirgo Maria puerum Iesum Christū secundario exhibuit magis. quo datur intelligi ꝙ sollicite querentibus Iesum Christum: & propriam patriam relinquentibus: dominus Iesus Christus se ostendit: dat & exhibet libenter cū summa consolatione: ut effectum est in sanctis magis. ¶ Tertio a beata uirgine Maria puer Iesus Christus exhibitus est sancto seni Simeoni: qui non solum eum uidit: sed in ulnis suis accepit & habuit. Quem tenendo in brachiis. propter multa que in ipso fecit puer Iesus Christus: & que de ipso agnouit: gaudio magno repletus & consolatione: psalmum. Nunc dimittis seruum tuum domine secundum uerbum tuum in pace &c̄. deuotissime perorauit. ¶ Sed qualis erat hic senex Simeon: qui Iesum Christum sic accepit: & beata uirgo Maria suum puerum libenter dedit & exhibuit? Certe Lucas exprimit capitulo secundo sui euangelii: hunc senem commendans de multis: uidelicet. Primo de uirtute & perfectione: quia erat homo scil; uirtuosus & non uitiosus: qui iumentis assimilatur. Secundo de pacifica conuersatione: quia in Ierusalem in loco pacis: correspondens locus locato & econuerso. Tertio de instantia in oratione: quia uocatur Simeon: qui exaudibilis interpretatur. Ioannis nono: qui dei cultor fuerit: hunc deus exaudit. Quarto de operatione: quia erat iustus. Quinto de deuotione ad deum: quia erat timoratus. Sexto de uera ad proximum dilectione: quia expectans non suam: sed consolationem israel. Septimo de recta intentione: quia spiritus sanctus erat in eo. Octauo de eius cum deo intima coniunctione mente: quia responsum acceperat a spiritu sancto se mortem non uisurum nisi uideret Christum domini &c̄. Nono de cognitione: quia uenit in spiritu in templum: & cognouit Iesum Christum natum & portatum. Decimo de acceptatiōe a deo: qa uisio Iesu Christi concessa est ei ante mortem. Vndecimo de innocentia & purgatione: quia cepit puerum Iesum Christum in ulnis suis. Duodecimo de gratitudine & gratiarum actione: quia benedixit deum. Ecce qualis est homō iste senex: cui exhibet beata uirgo Maria filium. ¶ Sed quid hic puer Iesus in hunc senem ab eo acceptus fecit? uere multa & stupenda. Nam ipsum. Primo

Stella magorū pricipalr xp̄m sigñabat.

Sāctus senex simeō

ab omni macula si qua inerat uel infuisset purgauit: & forte in gratia confirmauit. quare ipse deum benedixit. Secundo gratias deo exhibuit & reddidit beneficio enim accepto deum benedixit. Tertio que christus fecit generi humano: per hunc senem reticere noluit: quia benedixit idest benedictionem datam per Christum cunctis hic senex expressit. Quarto ipsum sanctificauit & gubernauit: quare uocat eum dominum. dicens domine. Quinto eius desiderium quietauit. Appetebat enim eum uidere: uidit: ideo dixit. Dimittis &c̃. Sexto ipsum ut promiserat secundum uerbum suum: uisitauit: & sanctis patribus. Septimo deo federauit: quia in pace scilicet eum posuit. Octauo illuminauit ut eius intelligeret deitatem: ideo dicit qa uiderunt oculi mei salutare tuum dñe. Nono a morte peccati liberauit preseruando eum, ideo salutare eum uocat. Decimo se prosequendum & imitandum ab ipso & aliis indicauit & reserauit: ideo dicit cum paratum a deo patre: ante faciem omnium populorũ. Vndecimo ad discernendum dei magnalia facilitauit. ideo lumen ad reuelationem gentium dicit. Duodecimo spe glorificauit: quia gloriam plebis tue israel scilicet ei daturaꝫ repromisit. Quare non immerito. Hic sctũs senex Simeon: xp̄i ortu & donatione pueri Iesu: a Maria matre gauisus est & letatus. ¶Et non solum ob predicta in ipso effecta letatus est: sed & cernendo Iesum quem in ulnis talem tenebat: & qualem declamauit eum dicens. Nunc dimittis &c̃. Vbi ostendit puerum Iesum Marie filium esse: Primo afflictorum consolatorem & solatium: quia est consolatio israel quam expectabat. Secundo ad deum laudandum incitatorem: quia eum ad deum benedicendum incitauit. Tertio generalem mundi imperatorem: monarcham dominum & gubernatorem: quia dominuꝫ euꝫ dicit. Quarto ueridicum impletorem: quia secundum uerbum suum dicit sibi & aliis fecisse. Quinto mirificum federatorem: dei scilicet & hominum. quia in pace scilicet nos posuisti. Sexto. cordium gratificum consolatorem & quietatorẽ: quia dimittis me scilicet consolatum. Septimo illuminatorem deificum: quia oculi mei per te aperti: uiderunt tua deifica. Octauo humani generis redemptorem & liberatorem: quia salutare est, idest saluator noster. Nono reseratorem almificum: quia in se uelut in exemplari perfectissimo: omnem declarat perfectionem: ideo dicit eum preparatum ante faciem omnium populorum. Decimo doctorem clarificuꝫ: quia lumen est & doctor perfectus gentium. Vndecimo malorum punitorem: quia dicit eum positum in eorum ruinam. Duodecimo glorificatorem perfectissimum: quia inquit ad gloriam plebis israel scilicet datus & ordinatus. Tertio decimo suorum fidelium sublimatorem: quia in resurrectionem est multorum in israel. Quarto decimo detestatorem omnis prauitatis: quia signum cui contradicetur. Quinto decimo uiuificatorem nostre mortalitatis: & quando inquit tuam pertransibit gladius animam. Sexto decimo reseratorem cordium & ocultorum. Et

hoc tempore generalis iudicii & equitatis. Hec sunt testimonia pueri Iesu que agnoscẽdo Simeon de ipso palam & publice profitetur. Sic ergo prefatis apparet qualis fuit hic senex: & quid in ipso puer Iesus effecerit: & quid de ipso sit attestatus: cui Maria. Tertio loco filium suum exhibuit: quo & merito est letatus & gaudio repletus: per queꝫ patet ꝙ seruantibus diuina precepta Iesus datur & comunicatur. ¶Quarto loco & ultimo. a Maria puer Iesus est anne uetule exhibitus & mõstratus. ut patet ex serie euangelii: capitulo secundo beati Luce. Cuius laudes declarãs euangelista beatus Lucas loco preallegato: ostendit eã fuisse. Primo deo acceptam ex nomine: quia anna gratia interpretatur. Secundo gratam pro impensis: quia de templo non discedebat. Tertio promptam ad deo parendum: quia dicit euangelium: deo seruiebat. Quarto elemosinarum largitricem. nam Anna donans idest largiens interpretatur. Quinto a deo pluribus preuentaꝫ gratiis: quia Anna donatio interpretatur scilicet a deo facta ei de suis donis. Sexto dei contemplatricẽ: quia filia phanuelis: que contemplans deum interpretatur. Septimo motus sensuales cohercẽteꝫ: quia phanuel cuius fuit uera filia: facies dei interpretatur: quia imaginem mentis que dei facies est: mundam tenuit. quare & propositum. Octauo de futuris a deo illuminatam: quia prophetissa fuit. Nono a deo uisitationibus & consolationibus uisitatam: quia erat de tribu Asser: qui diuitie uel beatitudo interpretatur: quia diuitie consolationis & beatitudinis per uisitationem a deo sunt ei date. Decimo uero coniugio alligatam: quia septem annos cum uiro suo stetit: quare & matrimonio sancte usa fuit. Vndecimo uita famosaꝫ propter antiquitatem & uite religiositatem. Processerat in diebus suis &c̃. Duodecimo deo dicatam. Non discedebat de templo. quare locus locato congruebat: & econuerso. Tertio decimo carnem macerasse: quia ieiuniis. Quarto decimo deprecationibus pro se & aliis continue intentaꝫ: quia inquit occupata erat obsecrationibus. Quinto decimo diuinis preceptis per omnia mancipatam: quia inquit deo seruiebat: non uno tempore sed die ac nocte. Has laudes de ista sancta muliere Anna dicit euangelista. ut cui Maria filiũ exhibet perpendatur. Sed hec sancta domina uidendo puerum Iesum: quid egit? & quid de ipso omni uolenti audire: & redemptioneꝫ israelis expectanti promisit? certe miranda. Hec enim sancta uetula puerum Iesum predicat. Primo deum uerum & hominem: confitetur eius deitatem & humanitatem redemptorem dum eum nominat. Secundo dicit eum omnipotentissimum: quia se faciendo hominem: & deum homini coniungendo: infinita potentia cõcurrit: hoc dicit duꝫ eum redemptorem asserit. Tertio sufficientissimum: quia redemptorem eum nominat. Quarto beniuolentissimum: quia redemptionem nostram non egit nostris meritis sed sola sua beniuolẽtia & pietate. Quinto ueracissimum: quia redemptionem patribus ꝓmissaꝫ facere debebat. Sexto iustissimũ: qa nõ potẽtia ſꝫ

iustitia:nostram redemptionem uoluit exercere. Septimo humilimũ.intantũ.n.iclinat⁹ est ut carnẽ sumeret: & ad redimendum nos mori decreuit. Octauo sanctissimum ex quo fecit redemptionem nostram: sanctissimus & deo acceptissimus fuit. Nono prouidentissimum & sapientissimum:tanta sapientia nostrã redemptionem operando. Decimo uigorosissimum faciẽdo nr̃az redẽptõez: cõsequẽter nos a diabolo eripuit. Vndecimo efficacissimũ: qa nos redemit a morte pc̃ti: & reduxit ad uitaz gr̃e. Duodecio eũ pandit glĩosissimũ: quia ipse solus de nostra redemptione triumphuz reportauit. Hoc asserit Anna duz dicit euãgelista. ꝙ ipsa de puero Iesu loquebatur:omnibus qui expectabant redemptionem israel: designans ipsum redemptorem esse:& in ipso fiendam nostram ẽsse redemptionem. O q̃ lete h̃ uetula de puero Iesu loquebatur. Nec immerito quia interius letificata: os gaudium & lingua exultationem habebant. ¶ Sic ergo pz prefatis quattuor cum antedictis in presenti fructu & conformitate:ꝙ beata Maria ad gaudium & leticiam filium suuz paruulum exhibuit:sicut exhibuit gratiose omni hominum statui: Sic & sexui & Iesu ortu uisione & contrectatione omnia sunt gauisa & letificata. Nec mirũ: uidendo illum qui est gaudium nostrum & solatium: ac ipsum tangendo. ¶ Si enim fimbria uestimenti Iesu & herba tangens eius uestimenta mirabilem efficaciam habebat:quanto magis eum tangendo: cũ scriptum sit. Luc.vi. Quod quotquot tangebant eũ sanabãtur:& corporaliter & spiritualiter. quare cõsolatione recreati interna diuino gaudio & leticia cõsolabãtur. ¶ Sed aduerte ꝙ & si per Mariam sit datus puer Iesus in suo ortu & post omnibus letifice: tamen quibusdam est datus diuersimode. Nam datus est Marie filius Ioanni baptiste in solatiuz. Helisabeth in radiũ: pastoribus in gaudium:magis in preconium. Simeoni in pacis uinculuz. Anne in fastigium. Egiptiis ad quos accessit in lucis speculum. Ioseph ad merituz. Apostolis in magisterium. Pauperibus in socium. Egrotis in remedium. Perfectis in exemplum. Iustis in subsidiũ. Peccatoribus in refugium. Populis in pabulum. Nobis in precium. Beatis in premium. Matri marie ad oẽ bonum:sublimationez: & super omnes consolationẽ: & plenissimum gaudium:& contubernium. Sic ergo p̃fatis apparet declarata prima pars huius quarti fructus & conformitatis. uz. Iesus magis exhibitus.

¶ Secũda pars quarti fructus & cõformitatis. uidelz Franciscus amplexatur. Expositio.



Restat nunc declaranda secunda pars hui⁹ quarti fructus & conformitatis scilicet Franciscus amplexatur. Quia enim beatus pater noster Frãcisc⁹ & si nõ in initio sui ortus & natiuitatis in munduz fuerit gratia & uirtutib⁹ plen⁹ ac p̃fect⁹. Sed in secundo ortu & natiuitate:uidelicet in eẽ gratie & religionis: quãdo mundo apparuit paupertatis professor:penitentie forma:ueritatis preco:sanctitatis speculum: euangelice perfectiõis exemplar:pudicicie titulus:carnis macerator: & omni uirtute conspicuus. Attamẽ quia scriptura aliquando dicit esse quod in proximo fiendum est indubie: Ac in dei prospectu beatus Franciscus & predestinatione: gratia & uirtutibus:fuerit semper amictus. Idcirco in primo ortu & natiuitate deus uoluit sibi:uidelicet beato Francisco parum ante iam nato fieri quod fiendũ erat temporis in processu: & hoc per angelum suum:qui ortum beati Francisci deo placitum ostenderet:ipsum puerum ut sancti magi tangeret:in suis ulnis acciperet ut Simeon: & quid futurus ẽsset Franciscus:ut Simeon & Anna clarius referaret. Et hac ex causa principaliter ponitur h̃ secunda pars scilicet Franciscus ad instar christi ad uidendũ est traditus & amplexandum. Vt enim legenda pandit antiqua:& frater Nicolaus de Assisio guardian⁹ post Spoleti:habuit a domina Margarita sua mr̃e uicina & nota matri beati Francisci:matre referente & pedisequa seu famula beati Francisci:ipso die quo beatus Franciscus natus est: Ad hostium domus beati Francisci quidam aduenit angelus in specie pegrini:petens instanter a famula ut puer Franciscus eidem ad uidendum & tangendum exhiberetur. Sed cum famula timeret hoc agere ac iste in rogatu persisteret: tandem mandato matris beati Francisci peregrino Franciscus est oblatus. Qui eum in suis ulnis accipiens stringens & osculans:eius humeris in parte dextra crucem impressit. Dixitqz hodie in isto uico sunt nati duo pueri hic Franciscus & alius. Hic erit de melioribus hominibus de mũdo: & alius erit de peioribus. Demũ predixit infantulũ Franciscum in magna custodia gubernanduz:propter insidias demonũ:qui de eius ortu turbati: ad necandum euz multas insidias prepararẽt eidem. Atqz his dictis statim disparuit: nullibi in dicta Assisii ciuitate amplius uisus. Quibus apparet christũ beato Frãcisco in amplexu & uisione & datiõe in manibus alterius: ut factum est de ipso:uoluisse similari. Vt sicut beata Maria Iesum tradidit mago querenti: sic mater beati Francisci dedit euz peregrino petenti. Et sicut Simeon plura de Iesu & futuris circa ipsuz dixit: sic & de beato Francisco per angelum in tali specie peregrini: est matri reseratum. Patet ergo ad quid h̃ secunda pars posita est pro cõformitate beati Francisci ad Christum. Sed sciendũ ꝙ beatus Franciscus. Et si nõ in primo ortu & natiuitate sit datus omnib⁹: sed modo solum prefato:Attamen in secundo ortu: uidelicet gratie & religionis: ipse pater beatus Franciscus datus & exhibit⁹ est a christo diuersis generib⁹ personarum. A quibus dulciter non corporaliter sed spiritualiter potius est strictus & amplexatus. Nam est exhibitus: Primo sanctis prophetis per spiritus luculentiam ad ipsum futurum considerandum: & cum quanta uirtuositate: ut dictuz ẽ supra fructu primo & conformitate. Secundo matri ad gaudium & letitiam:que spiritu futurum agnoscendo filium: & uidendo ipsum mira facturum in orbe: letitia est reple

ta. Tertio mundo ad renouationem. Nam ut dicit secundus fructus & conformitas beatus Franciscus ad mundum totum renouandum est a domino directus: quod & fecit uita doctrina & signis. ut patet omnib⁹ euidenter. Quarto ecclesie militanti ad eius reparationez: ut xp̄s Francisco dixit: & dn̄s Innocētius in uisione conspiciēdo Franciscum ecclesiam lateraneñ. ne caderet sustentantem: hic clare uidit: ac in tribus a beato Francisco institutis ordinib⁹ patuit luculēter. Quinto ciuibus ad conuersionem. Assisinatibus enim btūs Franciscus pre aliis datus est ad eorum conuersionez ad dominum: sicut patuit in fratre Bernardo de quintaualle: fratre Petro. Fratre Egidio. quorū primus nobilitate diuitiis sciētia & sensu fuit famosior de dicta ciuitate: qui uitaz agnoscendo Francisci: reiectis omnibus: & pauperibus datis: primus filius & frater beati Francisci fuit. Sexto fratribus ad imitationem. Nam multi seculo relicto: post Franciscū uestigia uelut per callem tutissimū & sancti hominis semitam incedentes: ad apicem omnis sanctitatis peruenerunt: ut fructu octauo dicetur. Septimo in sublimi positis regib⁹ & prelatis & aliis presidentibus in deuotionez. Nonne domini mūdi christo inherere optantes beato Frācisco uita & habitu coheserūt? sicut rex Ioānes. Rex Ierusalē & Imperator Constātinopolitanus. Ioannes rex Armenie: & multi alii. dn̄s Viceplacentinus in cardinalatu. & sic de aliis ut dicet fructu octauo & conformitate q̄ facti sunt frēs minores. Octauo demonibus ad terrorē & deiectionez: quib⁹ predicatōe & ad christū conuersione a fidelibus repulit: eos de obsessis eiecit: & de ciuitate Aretii solo imperio effugauit. Nono deuotis ad perfectionem: qui ipsum Iesum cupit prosequi deus exhibuit beato Francisco: qui euangelii nec iota de obseruantia dimisit. Adeo extitit uir perfectus: ut in regularum conditionibus ei similis nō habeat. quare ut perfecta prosequaris in regulis triū ordinum secundū status tui decentiam a beato Francisco instituta. Decimo scientibus ad illuminationem. Nam uiris eruditis non ut homo scientificus: sed dei spiritu illuminatus abdita pandidit diuinorū elloquiorū: ut patuit in r̄nsione data sacre theologie magr̄o: & romane ecclesie cardinali. Vndecimo angelis in amiciciam & complacentiaz: qui beatum Franciscū & sepi⁹ uisitare: & cū ipso stare: ac melodiā peragere ut ipso℞ fido amico sunt dignati. Duodecimo sanctis in specialem seruum & reuerentiā. Habuit enim beatus Franciscus specialem dilectionem ad beatam uirginē. Michaelem archangeluz. Ioannez baptistā. Petrū & Paulum: & sic de aliis quorum deuotioni ut seruum fidelē se tradidit: ieiunando & alia faciendo. Qui uersa uice ipsum beatum Franciscum diligentes: multas consolationes apparendo: amplexando: & cum ipso manēdo peregere. Tertio decimo populo ad informationem. Nam ob animarum lucrum ibat circūeundo ciuitates & castra: non in doctis uerbis: sed dei in uirtute p̄dicando & populum instruēdo: cuius instructio mirabilem fecit fructū: ut fructu. x. & cōformitate dicetur. Quarto decimo peccatoribus ad conuersionem. pz in multis latronibus quos uerbo conuertit: & apud christum pro eis ueniam misericorditer impetrauit: ut de fratre Angelo & aliis in ꝓcessu operis patebit. Quinto decimo perfectis ad uirtutū consūmationē. Vis ad apicem uenire perfectionis: uitam cuz moribus attende beati Francisci. Quā fratres Bernardus Egidius & alii: ut dicetur fructu octauo & conformitate attendētes: ad omnis sanctitatis ꝓpositum peruenerūt. Sexto decimo actiuis in operationē: & quā? certe ut seruiāt summa cū diligētia suo exemplo leprosis & horribilibus. Et sic fratribus mandabat statiz ordinē ingressis: ut in talibus obsequiis deo studerēt placere. Decimo septimo pauperibus in amorē & dilectionē: quos speciali dilexit affectu: quibus omnia etiā paramēta altaris ut infra patebit fructu. xvi. & conformitate largiebatur & semetipsum. Ad nullos enim sic afficiebat ut ad pauperes tam in habitu seculari q̄ in religiōe consistens. Decimo octauo altis corde in abnegationē & humiliationē. Non enim laudes querebat de se audire sed uituperia. Nec in altis sed in minimis de se sentiendo ambulauit: omnia ad humilitatem pertinentia faciēdo: ut fructus. xvii. ostēdit. Decimo nono prauis ad penitentie exhibitionem. Multi enim uariis irretiti peccatis & prauis moribus deordinati: exēplo beati Francisci uana deserētes: ad penitētiā conuersi: ad celi alta ascēdere meruerūt post decessum: sicut in fratre Pacifico patuit & pluribus aliis: ob hoc enim ipse solus de penitētia ordinē specialē instituit. Vigesimo bonis ad crucis & passionis christi meditationē. cū enim beatus Franciscus studium totū haberet circa passionem & crucis medicationē: Fratres & alios ad id peragendū inducebat. Vnde sic allecti: ad meditandū domini passionem die cum nocte insistebant. Vigesimo primo piis ad misericordie ɔtinuatōez. Nō semel beatus Frāciscus indigētib⁹ impartiebat: sed assidue. Statim enim uidēdo miseros spoliādo se: habitū porrigebat uel mātellū. Vigesimo secūdo auaris in mūdi contēptū. Nihil enim uoluit habere cū mundo ꝓpriū: sed omnia penitus contempsit & despexit: nullus tam auidus thesauri: q̄ iste cōtemptor. Vigesimo tertio malis ad punitionē. nō parcebat peccantibus quin & uerbo & quādoqz facto feriret: quia nō adulator sed iustus erat reprehēsor: pz in hominibus de grecio: & nobilibus de perusio. Gedeone p̄bendario: ac muliere in castro cisterne: que monitioni patris nō acquiescēs: a diabolo fuit asportata: ut fructu. x. & cōformitate hētur. Vigesimo quarto omnibus animabus ad indulgentie obtentionē. ꝓcurauit enim indulgētiā a xp̄o & matre eius: ac a dn̄o papa Honorio ꝓ omniū pctō℞ remissione obtinēda: in introitu sancte Marie de Portiūcula. scd̄a die Augusti: quolibet anno oībus christiāis penitētib⁹ & cōfessis. Vigesimo qnto lubricis & carnalibus ad carnis macerationem. beatus enim Franciscus Ieiuniis disciplinis & aliis rigiditatibus carnez coegit seruire spiritui: ut fructus decimus nonus & cōformitas ostendit. unde in fine habuit dicere q̄ de nullo habebat culpam recognoscere: nisi quia fratrem corpus qui se spōte subdiderat spiritui male tractassz. Vige-

simo sexto prelatis ad sui deiectionem & humiliatio-nem & inclinationē. Beatus.n. Frācis̄cus noluit fratres suos in presidentia esse: sed ut minores uocantur in imis persistere. Ac ip̄e generali cedēs officio: sub uni? sociorum suorum usq3 ad finem uoluit obedientia ui-ctitare. Vigesimo septimo religiosis in cōsideratione. Nam tanta fuit sanctitas beati Francisci: ut btūs Dominicus diceret de eo ꝙ omnes religiosi ad eum attē-dere deberent: prosequi & reuereri. Vigesimo octauo fidelibus in mirorum executionē. Nam beatus Fran-ciscus non solu3 operibus sanctitatis: sed signis & mi-raculis extitit celeber & orbi gloriosus: de quibus ha-bes fructu.xiii. & conformitate: & precipue triū mor-tuorum suscitatione. Vigesimo nono dei amicis in orationē.i.in normam oratiōis & orandi. Nam ambu-lans & sedēs: laborans & uacans: intus & foris: ui mē-tis semper erat orationi intentus: ut quicquid erat in eo operis & temporis: orationi dedicasse uideretur. Trigesimo deū gustātib? in contēplationē. Non solū eni3 qualiter ad contemplationē homo uenit: beatus Franciscus ostēdit: sed qualiter miris excessibus & ui-sionibus de ip̄o habitis in contēplatione uir dei se de-bet habere: clare expressit. De quibus habes fructu. xv. & cōformitate. Trigesimo primo ad christi adhe-sionē. Nā qualiter & quomodo homo christo debeat inherere: beatus Franciscus ostēdit dimissione omniū toto affectu ad ipsum: & intra ubera sue deuotionis christum habēdo & tenēdo: ac pro ipsius amore mor-tem optando. Trigesimo secundo animalibus in dul-cedinē & compassionē. Ipsi enim beato Francisco tāq̄ uero trinitatis cultori sicut omnis creatura (ut diceť) parebat ad nutū: sic animalia libēter inherebant: qui-bus & ueram ostēdit pietatē: & magnam pro tempo-re exhibuit compassionem. Patet de lupo ferocissimo apud eugubium sicut agno effecto: & de aliis anima-libus.ut fructus.xiii. & conformitas ostēdit. Trigesi-mo tertio cordi in perscrutationē. Cordium enim ui-dit archana: sicut patuit de fratre Masseo: Ricerio fra-tre Leonardo de Assisio & de aliis. Trigesimo quar-to tēpori in agnitionē. uidit enim que uentura erant ꝓ tēpore futuro: sicut ordinis dilatationē p̄secutionē & deuiationē p̄dixit. Trigesimo q̄nto afflictis i fiduciā & consolationē. patuit de fratre Leone tēptato: fratre Ricerio: fratre Rufino: & sic de aliis: quos a tētatiōe & afflictione liberando: eis gaudium dedit & conso-lationē. Trigesimo sexto deficiētib? in subleuationē. patet quando fratri de nocte deficiēti subuenit: trigin-ta fratres & amplius de tribus panibus cibauit: & in mari Sclauonie de paucis elemosinis multos diebus plurimis m̄ltiplicatis subleuauit. Trigesimo septimo egrotantibus in liberationē. omnes enim morbos ex-pulit & infirmitates: & ꝙ maius est leprosos suis ma-nibus contrectando liberauit. Trigesimo octauo infi-delibus in saluationem. Nam soldanū Babilonie con-uertit & alios ifideles: tā p̄ se q̄ p̄ filios fratres ad ui-am salutis deduxit. Trigesimo nono. Cōditis in do-miniu3 & presidētiā. Omnia enim condita sibi obediē-tia fuere: Aer sibi lucidus: Ignis calorē mitigans. Ter-ra in domo medici se glutinando. Aqua se in uinū mu-tans: & sic de aliis. Quadragesimo. Pape & cardinali-bus in precipuam regulam. Nam papa & cardinales precipua ad ipsum reuerentia & deuotione ferebanť: eum honorantes in omnibus: & libentissime sciscitan-tes: sicut in op̄is huius pluribus in locis patebit. Qua-dragesimo primo sanctis in stupore3 & admirationē: du3 stigmatibus est a christo signatus sue sacratissimē passionis. Quadragesimo secundo celestibus in hono-rem gloriam & iubilationē: dum est inter eos colloca-tus: gloria & honore pre aliis sublimatus. Quadrage-simo tertio mortuis in uiuificationē: cum eius inuoca-tione & meritis ipse dominus Iesus suscitauit ultra tri-ginta mortuos.ut p3 fructu.xxxix. & conformitate & suscitat continue: & spiritualiter & corporaliter: si de-bite beatus Frācis̄cus imploreť. Quadragesimo quar-to & ultimo. christicolis omnibus in exultationē subli-mationē & honore3. nam ꝙ tantus sit & talis beatus Franciscus effectus a deo: ad gloriam est cunctorum fidelium existētiu3 tam in ecclesia triumphante: q̄ mi-litante: cu3 inter sanctos sit singularissimus meritis & dignitate stigmatizatiōis. sic ergo beatus pater Fran-ciscus a Christo exhibit? iam p̄fatis: ab eis amplexa-tur: & strictus est brachiis totius amoris. Quibus ia3 dictis diligēter inspectis: p3 expositio secunde partis huius quarti fruct? & conformitatis. uidel3 Frācis̄cus amplexatur: tam ratione primi q̄ consequenter dicto-rum quomodo btūs Franciscus est a xp̄o multis uarie exhibitus & monstratus.

¶ Quintus fructus & conformitas. Iesus paruus in-sequitur. Expositio.



Irtutum omnium dn̄s Iesus christus. Cu3 sit rex & dominus: ut ait. p̄s. Ac fons & origo ut ait. Ber. uirtutū ac in-ter uirtutes: uirtus pa-tiētie homini necessa-ria ꝓ statu isto multi-pliciter cūprobať: ut-pote qui assidue impu-gnať a diabolo carne & mundo: ut se a p̄fa-tis ualeat p̄seruare defendere & custodire: hāc debet hēre pro torace galea & scuto spata & lancea.s. patiē-tie uirtutē: que teste Cassiodoro sup psalmo. Omnia uincit aduersa: non colluctando sed sufferēdo: nō mur-murando sed gratias agendo. Ipsa est que fece3 toti? uoluptatis abstergit: ip̄a est que limpidas animas deo reddit. Hinc est ꝙ hanc uirtutem cu3 in uite sue pro-cessu pluries oñderit facto: uerboq3 docuerit: in sue uite principio eam opere placuit demonstrare. Ipsam enim ostēdit nascendo: si considerētur incōmoda que sustinuit. Quo ad locū: q̄a in presepio fetido. Quo ad lectū: q̄a in feno & palea: ammota culcitra cubitauit. Quo ad uestitū. cū frig? esset intēsu3: & igne caruit: & pānos ad se coopiendū nō h̄uit. Quo ad alia necaria: q̄a nat? ē pauprime. Multaq3 alia incōmoda sustiuit:

& non murmur non querimoniam edidit: sed patiētissime omnia portauit. Ipsamqȝ ueraciter ostendit: q̄do dum mensium uix esset duorȝ: ab Herode ad mortē quesitus: monitu diuino. Ioseph ipsum cum beata Maria matre eius in egiptum fugiendo: deduxit. Sed qualis quantaqȝ fuerit eius patientia: hac psecutione Herodis: & ad egiptum accessu: & ibi per septēniū mansione: patere potest. Si consideretur ipsius Iesu altitudo: quia deus: & sic mirū fuit quomodo a creatura deus persequi se permisit. Si consideretur sanctitudo eius: quia sanctus sanctorum. quare non persequi sed uenerari a quolibet decebat. Si consideretur teneritudo quia infans: nullus deberet ei obesse sed prodesse. Si consideretur eius pulchritudo: quia speciosus forma pre filiis hominuȝ: omnes deberent in eo complacere: & nullus displicere. Si consideretur gratie plenitudo: qa plenus gratia & ueritate. quare adherere ei: & non repellere quis deberet a se. Si consideretur magnitudo: Super omnes deos est magn?. quare oēs debent eum exorare: & sub eius manibus corpus & animam cōmittere. Si consideretur eius dignitudo: quia rex regum & dn̄s dominantiuȝ a subiectis non debet abiici sed suscipi. Si consideretur gratitudo: quia suauis & dulcis. quare debet a quolibet diligi & non odiri. Si consideretur rectitudo: quia iustus & nullū offendit. Offendere ergo eum prauum & iniquū est. Si considerēt fortitudo: quia pōt persequētes anichilare. un̄ non est insectandus. Si consideretur limpitudo. omnia enim uidet. quare & consilia que p malos fiebant contra eum. Si consideretur eius beatitudo. Cum enim sit omniū beatitudo: & beatitudo a quolȝ naturalr̄ appetatur: puer Iesus insequi non deberet: sed omni affectione suscipi & acceptari. Sic ergo conditiōibus pueri Iesū pensatis: ei nullam persecutionē decebat inferri. Quare cum oppositū sit factuȝ: ut dicit prima pars huius fructus & conformitatis. s. Iesus paruus insequtur: hanc persecutionem suscipiendo mitissime: patientie uirtutem opere omnibus declarauit. Quaȝ patientiam declarat ulterius etas ipsius: quia paruus & uix duoꝝ mensium: ꝓlixitas itineris: quia ultra. xx. dietarum est iter per uiam quam accessit. unde mater & Ioseph fatigabantur: & ipse puer Iesus: & si in gremio seu brachiis portaretur & fouerēt sue matris. uie incomoditas: quia non homines sed bestie: nō arbores sed terra sterilis: nec aqua ad potandū nisi bis in tanto itinere inuenitur. quare ibi aderaꝫ indigentia & necessitas rei familiaris. Dolor Marie uidendo filium persequi: a finibus propriis expelli: & ad terram incognitā se cum filio deduci. Magnitudo timoris tam Marie q̄ Ioseph: in cui? signum de nocte surrexit: & ad egiptū perrexit. In egipto permansio per tantum tempus cuȝ summa paupertate: incogniti: linguam nescientes: nec habentes hospitium: nec ad conducendum pecuniam possidētes. Hec & alia q̄ debēt circa h̄ cogitari si pensentur: persecutionē habuisse diram Iesum matrem & sponsum apparet: ac patientiaȝ magnam eius pandūt clamant & ostendunt. ¶ Sed quare hanc patientiam & uirtutem uoluit opere sic ostendere in sua infantili etate? nisi quia iustis uoluit esse conformis & electis. Quis enim fuit iustoruȝ qui persecutionē non habuit in hoc mundo? Abel a fratre Chain mactatur. Noe subsanatur & deluditur dum diluuium predicaret futurum. Abraam in igne ponitur. Isaac ab Abimelech expellit. Loth omnia pdit. Iacob ab Esau & Laban fatigatur. Ioseph a fratribus uenditur. Moises ad mortem queritur. Iepte Sanson & Gedeon persecutiōib? agitātur. Dauid insidiis undiqȝ circonueītur. Tobias excecatur. Iob flagellatʳ. Ezechias a Sennacherib concluditur. Iosias occiditur. Isaias secaʳ. Ieremias obruitur. Daniel in lacum mittitur. & sic de aliis prophetis & iustis: q uariis sunt lacessiti iniuriis: & patientie uirtute probati. sicut enim prefatis Iesus fuit conformis quo ad corpoream substantiaȝ quia homo: Sic & consimilis eis esse uoluit quo ad patientie uirtutis susceptionē. Voluit etiā hac uirtute probari: ut ipsam prius nobis facto: & demum in uite progressu: facto declararet suscipiendam a nobis: & uerbo. ¶ Hec enim est uirtus. Primo qua homo uincit se ipsum. Multi sunt q urbes magnas in sua redegerūt potestate: sed pauci q se: ut dicit Seneca in questionibus naturalibus. Secundo reddit hominem inuictum. glo. super illud Iob. iiii. ubi est fortitudo tua. d. Qui se uincit cōtra omnia fortis esttuere un? homo patiens a toto mundo uinci nō potest. Et Seneca. Facilius est gentem unam q̄ unū hominem uincere. Tertio de hoste gloriose triumphat: diabolus patientia superatur. In uitis patrum. Demoniacus cum percussisset senem in maxillam: & ille cū patientia preberet etiam aliaȝ. Diabolus statim aufugit. Quarto facit hominem sui possessorem. Luc. xxi. in patientia uestra possidebitis animas uestras. Quinto iram dei mitigat. Prouerbi. xxv. patientia lenietur princeps. Dauid patientia deuȝ placat. ii. ꝶ. xv. Sexto hō reddit uices deo hac uirtute. i. Pe. ii. Christus passus est &c̄. Et sequiʳ ut sequamini uestigia eius. Christus piseeȝ assuȝ comedēdo reliquias dedit apostolis. Et apostolus Collo. i. adimpleantur que desunt passionum Christi in carne mea. Septimo hominem martirem facit. Grego. Sine ferro uel flammis: martires eē possumus: si patientiam in animo cōseruamus. Octauo mira agit Grego. i. Dial. uirtuteȝ patientie signis & miraculis maiorem puto. Rubus ardet & nō comburitur: sicut & uir patiens & si malis pulsetur: nō tamen deicitur. Nono sapientiam inducit Prouer. xiiii. Qui patiens est multa gubernatur sapientia. & c. xix. doctrina uiri per patientiam agnoscitur. Decimo animam perficit. Iacobus. in canonica. c. primo. Patiētia opus perfectum habet. Habent & alie uirtutes opus suum quantum ad sufficientiam sed hec quantum ad sufficientiam & efficaciam: quia omnia consūmat. Vndecimo animi magnitudinem ostendit. Seneca. Magni animi est iniurias in sua patiētia pati. Duodecimo & ultimo. Celum acquirit. Mat. v. beati qui psecutioneȝ patiuntur ꝓpter iustitiam: quoniā ipsorum est regnum celoꝝ. Quia ergo tot bona facit patiētia: ut nobis suscipiēdā oñderet puer Iesus: hāc accepit insecut? iniuste ab Herode & a iudeis. Vlteri? ꝓ euidētia patien

Notā

Seneca

tie saluatoris in pueritia inspice causa3.Iesus paruus insequitur.s.ab Herode:cuius regnu3 non accepit nec accipere uenerat: quia regnũ eius nõ est de hoc mundo:eum non irritauerat uerbo:facto non lacessiuerat: ad cuius salutem & aliorum natus erat: & ei se daturum gloriam & gratiam si uellet uenerat. Sic non iudeos:qui de eius ortu turbati sunt:qui una cum Herode ad insequendum ipsum erant armati.non offenderat unq̃:imo suis beneficiis semper iuuerat:& se eis beniuolũ ostenderat. Quare cu3 nulla suppeteret causa persequendi puerum Iesum: & Christus patienter omnia tolerando:suam ostendit patientiam magna3: & persecutionem atrocissimam fuisse & crudele3. Sic ergo apparet quomodo intelligit̃ prima pars hui? qnti fructus & conformitatis. Iesus paruus insequitur. Nã eũ Herodes & iudei extinguere uoluerũt: & hoc in infantili etate. Quãuis id perficere diuino preuenti consilio non potuerunt. Sed hunc puerũ Iesum quem necare non potuerunt: & ut ipsum extingueret Herodes crudelis pueros innocentes necauit temporis in processu:iam defuncto Herode ab eius persecutione abstinuerunt? Certe non. imo iniuriis innumeris sunt insequuti. Ipsum enim contemtibilem reddere & despicabilem populo sunt cõati:diuersas uias & modos inuenientes:ac famam eius denigrare. Primo eius uite detrahendo dicentes de eo. Hic homo uorax est:& potator uini:publicanorum & peccatorum amicus. Secundo eius miracula contẽnendo. Luce.xi.in belzebub principe demonioru3 eicit demonia. Tertio eius fame & fauori inuidendo. Ioannis.xi.dicẽtes. Ecce totus mundus uadit post eum:quid facimus? si dimittimus eum sic omnes credent in eum. Quarto eum despiciendo. Quomodo h̃ scit litteras cum nõ didicerit? Non ne h̃ est fabri filius? &c̃. Quinto sue doctrie insidiando. Mat.xxii. Consiliũ inierũt ut eũ capent in sermone. Sexto ipsum personaliter persequendo. uoluerunt enim eum lapidare & capere. Septimo ei nõ credendo: dicẽtes. Io.viii. Tu de te ipso testimonium dicis:testimoniu3 tuum non est uerũ. Octauo eũ blasfemando. Ioannis.viii. Non ne bene dicimus nos: quia samaritanus es & demonium habes? Nono in passione illudẽdo. dicẽtes ꝓphetiza nobis:quis est qui te ꝑcussit. Decimo ipsum deridẽdo. Mat.xxvii. Vah q̃ destruis tẽplum dei &c̃. Vndecimo accusando pilato. Si non eẽt h̃ malefactor &c̃. Duodecimo morte turpissimam inferẽdo & condẽnando, quia ut crucifigeretur petierunt. He iniurie. & si alique fuerunt reales utplurimum tamen uerbales fuerunt. Verum ipsi non contenti uerbis:ad opera accedentes: Ipsi christo iesu nostro saluatori:magnas iniurias irrogarunt. Et primo in ordinatione sue captionis:eũ capere cum discipulo ꝓ paruo precio ordinauerũt. Secũdo in captiõe: quia ut ad latronẽ capiẽdũ accesserunt. Tertio in deductiõe quia eũ ligauerũt. Quarto in domo anne uelatione dicentes ꝓphetiza &c̃. Quinto in maxille percussione: in loco tam solẽni:& tali corporis parte & sine causa: & a tam uili persona. Sexto in facie in sputis deturpatiõe. Septimo in traditõe ipsius i manibus pilati ut malefactor. Octauo in missione ad Herodẽ: & despectione ipsius ab Herode & suis. Nono in Barabã petitiõe & dimissione. Decimo in flagellatiõe: quia pilatus uoluit eũ corripe. Vndecimo in ordẽnatiõe ad mortem ut latro. Duodecimo in crucifixione. Tertio decimo in latronu3 cum ipso crucifixione & associatione. Quarto decimo in aceti cũ felle potatiõe. Quinto decimo in tituli appositiõe. Sexto decimo in spoliatione & denudatione. Decimo septimo in exprobratione & derisione latronũ & alioꝝ. Decimo octauo post mortem lanceatiõe. Tot ergo iniurias inferẽtibus iudeis quid egit christus? inquit Petrus in sua canonica.c.ii. Cum malediceret non maledicebat: cũ pateretur non cõminabat̃. Sic ergo patet que & quãta dñs Iesus sustinuit ut nobis capienda3 uirtutem patientie indiceret:suo exẽplo instrueret & doceret: ac ꝓ inferentib? exorare ut Luc.fecit.xxi.di.pr̃ ignosce illis:qa nesciũt quid faciũt. patet ergo prefatis succinte expositio prime partis huius quinti fructus & cõformitatis. Videlicet Iesus paruus insequitur.

¶ Secunda pars quinti fructus & conformitatis. u3. Franciscus agitatur. Expositio.



Xpedita prime partis huius quinti fructus & conformitatis expositione. Videndum est de intelligẽtia secũde partis. u3. Frãciscus agitat̃. Pro cuius euidẽtia est sciendũ. q̃ ut p3 ex scriptura diuina & sctoꝝ exẽplis:uir per patiẽtiã pluribus modis ꝓbat̃:& patiẽs esse cognoscit̃. ¶ Et primo carnis infirmitate & ꝑcussione:ut a beato Gregorio in quarto dialogoꝝ cõmẽdatur uir dei Santulus: qui omni tempore uite sue iacuit in lectulo membris omnibus destitutus. Secũdo in displicẽtie omnis illatiõe. De hac christus in cruce cõmendat̃:qui se cõsolantẽ nõ inuenit. Tertio uerbis iniuriosis impetitiõe. de hac cõmẽdat̃ Sarra.geñ.xvi. que ab ancilla maximas iniurias audiuit & patienter portauit. Quarto nulla habita cõpassione. sub hac ꝓbati sunt filii israel. Exodi.i.quib? prefecti Pharaonis nullam habebant compassione3 in eorum laboribus. Quinto mala sui tractatõe. de hac cõmendat̃ Ioseph: qui uẽditus a fratribus infamatus a femina: coniect? est in uincula. Geñ.xxxix. Sexto sui a patria expulsione. Sub hac fuit Moises expulsus de egipto a Pharaone. Exodi.ii. Septimo flagelloꝝ percussiõe & uerberatione. In hac precipue fuit Iob ꝑcussus & flagellatus a diabolo. Iob primo. Octauo assidua persequutione. hanc perpessus est Dauid.i.ꝝ. capitulis plurib? a Saul:qui usq3 ad mortem non destitit Dauid persequi. ut patet ibidem. Nono bonoru3 temporaliũ amissione. De hac laudatur sanctus Eustachius & Iob. a quibus bona fortune & nature. scil3 filii. fuerũt ablata. Decimo consolationis subtractione. In hac fuit Abraam in Vr caldeorum.i.igne. Gene.decimo. Tres pueri in camino ignis p̃ tẽpus. Dani.secũdo. Susanna

Quõ p̃ patientiã hõ ꝓbatur.

Danie.xiii. q̄ oẽs in principio priuati uidebant̃ hoĩb⁹ cõsolatiõe: tãdẽ patiẽtia: sunt recreati dulcedine ipa diuina. Vndecio diaboli infestatiõe assidua. ut fuit i Paulo apl'o: cui erat dat⁹ carnis stimul⁹. Duodecio & ultio illi⁹ qd' hõ appetit subtractõe. hac fuit ꝓbat⁹ Thobias senior lumine oculoꝝ orbat⁹ ꝑ tpe: sed patiẽter ferendo: reiterato a deo lumen ipsuꝫ recepit. Prefatis ergo modis ut pꝫ ex scripturis uirt⁹ patiẽtie declarat̃. Et si doctores alios assignẽt: ad p̄dictoꝝ uel aliqueꝫ p̄missoꝝ pñt reduci. Veꝝ cũ sancti iã dictis modis ꝓbati a deo fuere: nec predicti cõtra inferẽtes turbati: aut maluꝫ ꝑ malo corde uoluntate nec ope repti sunt reddere: imo eis cõpati: ꝓ inferentib⁹ deprecari: eisqꝫ hũiliter & benigne indulgere: ob patiẽtiã pfectã op⁹ hñtes: patiẽtie uicissitudine p̄miant̃ a xp̄o. Quorum exẽplo uir gloriosus btũs Franciscus patiẽtie quo ad p̄fata oñdit uirtutẽ: non solũ postq̃ xp̄m perfecte induit religiõe incepta: sed in habitu seculari exñs: sub p̄fatis patiẽtie modis agitatus: qa tolerauit cũcta patienter: xp̄o Iesu in h̃ repit̃ conformis: ꝑut h̃ fructus q̄ntus & cõformitas quo ad secundã partẽ nitit̃ demõstrare. Fuit. n. btũs Frãcisc⁹ sub p̄dictis modis. ¶ Sub primo. s. infirmitate & corporis passione secularis existẽs: qa. n. ignorabat celestis alloquutiõis archanũ: facta est manus dñi sup eũ: & castigatus fuit exteri⁹ ꝓlixi langoris grauedine: & clarificat⁹ fuit interius sancti spũs unctõe. Factus frater: qa nature erat debilis: semp erat infirmus: & p̄cipue infirmitate epatis splenis & stomaci. & h̃ ei acciderãt ex corporis dira ptractatione. circa fineꝫ uero uariis cepit infirmitatibus laborare: & doloribus cõtinuis cõprobari: nec tñ aliqñ est cõquestus: sed penas ipsas sorores esse suas uocabat.

Nota mira d.b.F. charitate &. patientia

¶ Adeo. n. in h̃ diuine uolũtati concors erat: ut semel dicẽti sibi fratri q̄ rogaret xp̄m ut secũ miti⁹ ageret. Rñdit cũ maximo eiulatu. Nisi noscem in te simplicem puritatem: tuũ ex nunc abhorrerẽ cõsortiuꝫ: q̄ ausus es circa mẽ diuĩa iudicia rep̄hẽsibilia iudicare. Et pstratus in terrã ossib⁹ collisis: ad dñm inqt. Gratias tibi ago dñe de⁹ meus de oĩb⁹ his dolorib⁹ meis: teqꝫ mi dñe rogo: ut cẽtuplũ agas si tibi placuerit: qa h̃ erit mihi acceptissimum: ut affligẽs me dolore non parcas: cũ tue sancte uoluñtatis adimpletio: sit mihi cõsolatio superplena. In suis infirmitatib⁹ nõ didicit p̄r cõqueri: sed semp letitiã singularẽ oñdere. Nõ cõquestus aliqñ: sed deo grãs semp agẽs. ¶ Sub modo fuit secũdo. btũs Frãciscus displicẽtie omnis illatione: pluries. n. & multotiens displicentias accepit & sustinuit. Nã secularis dũ esset: & guerra esset inter Perusiuꝫ & Assisiũ: captus cũ plurib⁹ ex suis ciuibus: in carcerem missus: ibidẽ p annũ stetit donec pax inter Assisinates firmata esset & Perusinos. In quo carcere dũ esset cũ displicẽtiã hẽre deberet ex his que in carcerib⁹ habẽtur: & libertate qua carẽt: uir dei Frãciscus aliis concaptiuis dolẽtib⁹ & tristãtib⁹ ipse iocundus stabat & alacer: adeo ut ad stultitiã sibi imputaret̃. Sup quo ab uno rep̄hẽsus ex sociis cur tãto gaudio letaret̃. Rñdit uiua uoce. Quid putatis de me? adhuc adorabor p totum mũdũ. Cõcaptiuus ergo manens Perusii: uelut alter tobias suis cõcaptiuis seruiebat ut poterat. Ac uni militi q̄ iniuriam alteri irrogarat: ꝓpter quod emissus erat ab aliis: Beatus Frãciscus nec societate deseruit: nec administratõe cessauit. Postq̃ uero mũdo renũciauerat & ffes hr̃e incepat: oĩs cõsolatio aberat: & q̃tũ ad tegumẽtũ: qa uilissime indutus: q̃tũ ad locũ: qa in stabulo quodã ꝓpe Assisiũ: qd' eos cape non poterat. Quãtũ ad lectũ: qa terra. Quãtũ ad cibũ pre fame: & qa nõ dabant̃ eis elemosine: utpote incognitis adhuc: rapas comedere eos opportebat: per loca ad q̃ ibant. Quidã dicebãt eos insanos: & luto & lapidib⁹ impetebant̃: & q̃nqꝫ p caputia trahebant̃ & retro reportabãtur. Quidã dicebant eos fures & latrones: nec eos uolebant sub tecto aut porticib⁹ recipere ad hospitandum: & tñ omnia dei amore libenter & patiẽter ferebant. Quapropter btũs Franciscus hũc patientie modum uolens oñdere: & de h̃ declarare sociũ suum fratrem Leonẽ dũ iret cũ eo tẽpore magni algoris de Perusio Assisiũ: dixit fratri Leoni. Quãuis fratres minores in omni terra dent exẽplũ magne sanctitatis honestatis & edificationis: ibi tñ non est pfecta letitia. Et q̃uis frater minor illuminet cecos: cõtractos extendat: & demones pellat: surdis auditũ: claudis gressuꝫ: & mutis restituat uerbũ: & q̄ plus est quatriduanũ resuscitet mortuũ ibi nõ est pfecta letitia. Et si frater minor sciret omnes linguas: & omnes sciẽtias & scripturas: ita ut sciret ꝓphare & reuelare nõ solũ futura: sed etiã cõscientias alioꝝ: ibi nõ est perfecta letitia. Et si frater minor loquat̃ lingua angelica: & sciat stellarum cursus: & uirtutes herbaꝝ: & sint ei reuelati oẽs thesauri terraꝝ: & si cognosceret uirtutes & ꝓprietates auiũ pisciũ animaliũ hominũ & radicũ lapidũ arborũ & aquarũ: ibi nõ est perfecta letitia. Et si sciret tã solẽniter predicare: q̄ conuerteret oẽs infideles ad fidẽ: ibi non est perfecta letitia. Et cuꝫ frater Leo peteret ab ipso in quo esset perfecta letitia. Rñdit dicens. Quãdo ueniemus ad sanctã Mariã de angelis sic balneati: pluuiaqꝫ & frigore congelati: & luto etiã detur pati: ac fame afflicti: & ad portaꝫ loci pulsabimus: & portinarius ueniet iratus. d. Qui estis uos? Et nos dicemus: Sumus duo de fratrib⁹ uñs: & ille econtrario diceret: imo estis duo ribaldi: qui itis circũquaqꝫ per mundũ: pauperuꝫ elemosinas rapiẽdo: & nõ aperiret nobis: sed faceret nos stare ad niuem & aquã in frigore & fame usqꝫ ad nocteꝫ. Tunc si nos tot impulsus & iniurias sine turbatione & murmuratione tolerabimus patienter: & cogitauerimus humiliter & charitatiue: q̄ ille portanarius ueraciter nos cognoscit: & q̄ de⁹ linguã suaꝫ exercet cõtra nos: o frater Leo scribe: q̄ ibi est perfecta letitia. Et si nos perseuerauerimus in pulsando: & ille portinarius tãq̃ cõtra importunos exeat cõtra nos: & dirissime nos afficiat alapis: dicẽs. Recedite hinc pultrones uilissimi: & ite ad hospitale. Qui estis uos? penitus hic nõ mãducabitis. Et si nos hec patiẽter portabimus: & iniuriati: cũ amore pepcerimus toto corde: scribe frater Leo: quia ibi est perfecta letitia. Et si nos undiqꝫ afflictos fame urgẽte: frigore affligente nocte insup appropinquãte pul

sabimus clamabimus fletu istabimus ut aperiatur nobis: & ille deinde stimulatus dixerit. Isti sunt homines procacissimi & proterui: & ego placabo eos. Et exiens cum uno fuste nodoso: capiens nos per caputium & ad terram super lutum & niues proiciet: & taliter nos uerberabit cuȝ fuste predicto: ꝙ undiqȝ nos plagis implebit. Si tot mala: si tot iniurias & uerbera: cum gaudio tolleremus: cogitātes ꝙ penas Iesu Christi benedicti nos tollerare & portare debemus: scribe frater Leo ꝙ ibi est perfecta letitia. ¶ Et addidit. Inter omnia charismata spiritus sancti que cunctis suis amicis concesserit Iesus Christus & concedet: est uincere se ipuȝ: & libenter propter Iesuȝ Christum & charitatem dei opprobria sustinere. Nam in omnibus mirabilibus supradictis non possumus gloriari: quia non sunt nostra sed dei. Sed in cruce tribulationis & afflictionis possumus gloriari: quia id est nostrum. Ideo dixit Apostolus. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini &c̄. Hec beatus Franciscus. ¶ Sub tertio modo fuit beatus Franciscus. uidelicet uerbis impetitus iniuriosis: dum enim persequutionem patris uoluisset ad tempus uitare: & in quadam occulta fouea stetisset per dies: tandem spirituali quadā letitia cōpletus & uirtute indutus ex alto: relicta fouea ciuitatem intrauit Assisii: Quem cum iuuenes cernerent & ciues facie squalidum: & mente mutatum: ac per hoc alienatum putarent a sensu: luto platearum & lapidibus impeterent: & tanquā in sano & dementi clamorosis uocibus insultarēt: Famulus domini nulla fractus aut mutatus iniuria: ut surdus in omnibus pertransibat. Factus religiosus & frater ut docet dominus Bonauentura in secunda parte legende maioris: stultum iudicabat mundanis extolli fauoribus: gaudebat de opprobriis: & de laudibus tristabatur: malebat quidem de se uituperium audire q̄ laudes: sciens ꝙ hec ad se emendandum inducerent: illa autem ad cadendum. Et cum laudaretur a populis: fratri mandabat socio: ut uerba ipsum uilificantia suis auribus inculcaret. Et licet inuite id socius expleret: rusticum mercenarium imperitum & inutilem dicendo: exhilaratus tam mente q̄ facie. Respondebat. Benedicat tibi deus fili charissime: quia tu uerissime loqueris: & talia filium Petri Bernardonis decet audire. Imo ad sibi dicendas iniurias & opprobria inferenda populos inducebat: occultos defectus palam referando. Vnde in legenda antiqua in capitulo de perfectione humilitatis: Ipse beatus Franciscus aliquando dixit socio. Non mihi uidetur ꝙ sim frater minor: nisi essem in statu in quo tibi dicam. Ecce fratres cum magna reuerentia & deuotione inuitant me ad capitulum: & motus ex deuotione ipsorum uado ad capitulum cum eis. Ipsi autem congregati rogant me: ut anunciem uerbum Dei: & predicem inter eos. Et surgens predico illis sicut docuerit me spiritus sanctus: finita predicatione: ponatur ꝙ omnes fratres clament aduersum me: dicentes. Nolumus te regnare super nos. Non enim es eloquens sicut decet: & es nimis simplex & idiota: & uerecundamur nimis talem habere prelatū: ita simplicem & despectuȝ super nos. Vnde de cetero nō presumas te nostrum uocare prelatum. Et sic eiciunt me cum uituperio & opprobrio. Non ergo uidetur mihi ꝙ sim frater minor: si eodem modo non gaudeo: quando me uillipendunt & cum uerecundia me eiciunt: nolentes ut sim prelatus eorum: sicut quando uenerant & honorant me: eorum profectu & utilitate. Nam si gauisus sum cuȝ exultant & honorant me propter profectum & deuotionem ipsoruȝ: ubi tamen anime mee periculuȝ esse potest: multò magis debeo delectari & iocundari de profectu & salute anime mee: cum uituperant me ubi est certum anime lucrum. Hoc idē habetur in sexta parte legende maioris. Et ideo beatus Franciscus in suis āmonitionibus de hoc tertio patientie modo loquens dicit. Beatus seruus qui cum reprehenditur & accusatur: illam reprehensionem & accusationeȝ ita patiēter sustinet ab aliis sicut a semetipo. Beatus seruus qui reprehensus benigne acquiescit: uerecunde obtemperat: humiliter confitetur: & libenter satisfacit. Beatus seruus qui non est uelox ad se excusandum: & humiliter sustinet uerecundiam & reprehensionem de peccato ubi non commisit culpam. Hec beatus Franciscus. ¶ Fuit beatus Franciscus sub quarto patientie modo. uidelicet. Si nulla habebatur ei compassio. Francisco seculari existente: uidente eum patre a ciuibus impeti luto & lapidibus: habuit ne sibi compassionem? Certe non. Audito siquidem patre rumore: quem ciues contra filium faciebant: accurrens omni miseratione naturali & compassione subtracta: non ad liberandum eum sed perdendum: pertractum domi: primo uerberibus: deinde uinculis angit. Prius enim pater ipsius insecutus est eum: ob pannos & equum uenditos pro reparatione ecclesie sancti Damiani. De cuius reparatione mandatum a Iesu Christo acceperat: cuius persequutionem beatus Franciscus declinans: in quadam occulta fouea: uni soli de sua domo nota: pluribus stetit diebus. Insuper cum iam abrenunciasset omnibus: & patri etiam uestimenta tradidisset: nudo ipso remanente: pater non fuit pietate commotus: ut aliquid ei de uestimentis daret: & quod iniquius est: ipsum uidendo iam Iesum Christum induisse: & algore deficientē: ad tradendum ei pannum pro tunica aliqua nullatenus fuit aliqua pietate commotus. Sicqȝ Franciscus a suis derelictus: a patre patrum qui in celis est in quem affectum totum posuerat: benignissime susceptus: habundanter ob patientiam cuncta peroptata accepit. Et ideo ipse pater beatus Franciscus dixit in suis ammonitionibus: loquens de hoc quarto patientie modo: dicens. ¶ Non potest cognosci seruus dei quantam habeat patientiam & humilitatem: dum satisfactum est ei secundum uoluntatem & necessitatem suam. Cum autem uenerit tempus quo illi qui debent satisfacere ei: faciunt sibi contrarium: quantam habet ibi patientiam & humilitatem: tantam habet & non plus. ¶ Fuit etiam beatus pater Franciscus sub qnto modo huius uirtutis. s.

patiētie cōprobatus: uidelȝ sui mala tractatōe. Secularis.n.a p̄re. uidelȝ ut uiā dei desereret & mūdū ꝓsequeret fuit neqter tractat⁹. utpote uerberib⁹ attritus: & uīculis alligat⁹: ac uerbis idecētib⁹ lacessit⁹. Frater iā existens: ab ep̄o Imolēsi fuit expulsus indebite: & qa patiēter tulit: iterato reuersus: ab ipso laudabiliter est susceptus. Sic ipsius ad Soldanum accessu captus a saracenis: qui tanq̄ lupi accurrētes in oues feraliter comprehensos: crudeliter & contētibiliter pertractarunt: afficientes cōuitiis: affligentes uerberibus & uinculis alligantes: ut dicitur in nona parte legende maioris. Sed quia sciebat beatos dictos a Christo qui patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsoꝝ est regnum celorum Mat. v. Prefata omnia xp̄i amore gaudēter suscepit. Et ideo dic̄ ipse btūs Franciscus in suis amonitionibus: exponens illud Mat. v. Beati pacifici quoniam filii dei uocabuntur. Illi sunt uere pacifici qui de omnibus que in hoc seculo patiuntur propter amorem domini nostri Iesu Christi: in animo pacē seruant.
6 ¶ Fuit beatus Frāciscus sub sexto modo patiētie uidelȝ a patria expulsione. Fuit enim persequutione paterna ab Assisio effugatus: per dies nonnullos. Quia.n. uidit ꝙ eum reuocare nequiret: de prouincia saltem conatus est effugare. ut dic̄ secūda pars legende maioris. uerumtamen uir dei beatus Franciscus cum bonis paternis abrenūtiasset: & a patre & omnibus liber effectus: ciuitate relicta Assisii. Eugubiū perrexit: & ibidem per tēpus aliquod māsit. Et quia forti uiro omne solū patria est. Nec iuxta ap̄li dictū. Habemus h̄ manentē ciuitatē: sed futurā inqrimus. Hinc est ꝙ sic ipse beatus Franciscus plus de una p̄ria q̄ de alia nō curauit: Ita & fratres de hoc spāliter in regula āmonuit. cap. vi. dicens. Fratres nihil sibi approprient nec domū nec locum nec aliquā rem: sed tāq̄ peregrini & aduene in h̄ seculo: in paup̄tate & hūilitate dn̄o famulātes. Nō de expulsione curāt a patria. qui locū ꝓpriū nullum h̄nt.
Bias p̄hs Bias ut dic̄ Valerius. amissa patria cū rebus: nihil se amisisse causabat: quia nō sua iudicabat illa: que fortuna quādoqȝ posset auferre. Sic̄ & beatus Franciscus celi iaȝ ciuis: de p̄ria mundi penitus nihil curauit.
7 ¶ Fuit etiā beatus Frācisc⁹ sub septimo patiētie modo uidelȝ flagellorum percussione. beatus.n. Franciscus a p̄re pri⁹ diris est flagellis attractus: demū a saracenis: ac in hospitio dn̄i cardinalis Leonis a demonibus est crudeliter flagellat⁹ & uerberat⁹. ueꝝ qa carnē suā continue disciplinis flagellabat: & abstinētia edomabat: non querebat de flagellis corporis: ubi cā nō adesset in ipso facinoris: immo ut iam dicta demōstrāt dn̄m deprecabatur: ut sibi flagella renouaret & penas. unde cū p̄s dicebat. Ego in flagella paratus sum. Et ideo ipse btūs Franciscus in suis āmonitiōib⁹ dicebat: btūs seruus q semp manet sub uirga correctiōis. Nam deus flagellat omnē filium quē recipit. Ait ap̄ls. ad Hebreos. xii.
8 ¶ Fuit etiam beatus Franciscus sub octauo modo patientie probatus. uidelȝ assidua persequutione: duȝ secularis esset persequutus fuit a p̄re & sociis quos deseruerat: a quibus luto & lapidibus est impetitus. Sȝ ipso ad deum conuerso: paterna persecutio non cessauit. Nam ubicūqȝ eum reperiebat: sibi maledicebat. Quod beatus Franciscus attendens: quendam hominem pauperculum & despectum in patreȝ assumpsit: cui & de elemosinis dabat. Cui & dixit. Cum uideris patrem meum maledicentem mihi: & ego dixero tibi benedic mihi pater: Signabis me & benedices uice illius. Sic ergo illo paupere sibi benedicente: btūs Franciscus dicit ad patreȝ. Non credis ꝙ deus possit mihi dare patrem benedicentem mihi contra tuas maledictiones? Sic & multi deridentes eum: uidentes omnia patienter sufferre mirabant. Frater quoqȝ ipsius carnalis: nec a persecutione eius cessauit: immo eum cum aliis deridebat. unde tempore intensi algoris: cum uidisset beatum Franciscum pauperculis contectum indumentis orantē: dixit uni suo conciui ironice. Dicas Francisco ꝙ tibi unam nummatam uendat de sudore. Cui beatus Franciscus respōdit gaudio perfusus: gallice. Ego chare uendaȝ domino meo istum sudorem. Et quia seruos dei nouerat persecutionibus assiduis comprobari uelut aurum in fornace: Hinc est ꝙ de talibus persecutionibus nihil curabat: sed potius appetebat: ac tales qui huiusmodi patiebātur uexationes: uerbis singularibus demulcebat. Vnde cuidaȝ fratri tentatione grauissima laboranti: cum deum exoraret pro āmotione eius: nec obtinendo qd̄ petebat se a domino relictum putaret: talia deprompsit beatus Frāciscus. Crede mihi fili quoniam magis propterea seruum dei te credo: & quo magis tentatum: magis a me dilectū te noueris. Nullus enim se seruum dei reputare debet: quousqȝ per tentationes & tribulationes non transierit. Annulus est quodammodo uicta tētatio: quo deus sibi desponsat animam serui sui. Plures sibi de annosis meritis blandiuntur: & nulla sustinuisse tentamenta letantur. Sed quoniam ante congressum solus eos terror elideret: sciant spiritus sui debilitateȝ consideratam a domino: uix enim obiiciuntur certamina fortia nisi ubi fuerit uirtus perfecta. Signum amplioris est gratie: nihil in seruo suo impune relinquere duȝ uiuit in hoc mundo. Hec beatus Franciscus. ut dicit frater Thomas in sua legenda. ¶ Sub nono modo patiētie probatus fuit beatus Franciscus uidelicet omniuȝ bonorum temporalium āmotiōne. Nam & si sponte oia temporalia reliquerit: sub sancte paupertatis indigentie & incōmoditatis camino & patientia fuit. licet enī paupertatem pre aliis dilexerit & tenuerit: eam tamē seruando multis indiguit: quorum indigentia ei ad patientie perituȝ fuit: & precipue in ordinis exordio: habendo rerum penuriam: quia non agnoscebatur ipse nec socii: nec tunc aliquis pauper erat uoluntarius dimittendo omnia: & hostiatim mendicando: quare habentes defectum panis & aliorum: comedere rapas cum suis ob famem est compulsus. Insuper ubi non agnoscebatur: quia beatus Franciscus erat paruus & despectus: panis frusta non dabantur sibi tam bona nec pulchra: sicut sociis. ut patuit quando ipse iuit pro pane cum fratre Masseo socio suo: quia frater Masseus erat pulcher homo: & beatus Franciscus non: meliora & pulchriora frusta elemosine: quam

ipse habuit. & tñ in quocũq3 collatis btũs Frãcisc⁹ gratias imẽsas reddebat altissimo: prout dicit legẽda antiq: Indignũ se tanto eline dono profitendo. ꝓpter qđ tẽporis in ꝓcessu semp de elina abiectiora & deteriora accipiebat frusta ꝓ se: meliora & albiora aliis fratribus dimittendo. Et quia rebus temporalibus inops fuit: & patiẽter eoꝝ penuriã supportauit: deus sibi ad nutum in cunctis paruit. Vt fructu. xvi. & conformitate dicetur. Quapropter ei dominus poterat dicere. Illud Isa. xlviii. Elegi te in camino paupertatis. Na3 relictis omnibus secutus est eũ. Mat. ix. ¶ Sub decimo mõ patiẽtie ꝓbatus fuit btũs Frãciscus uidel3 cõsolatiõis subtractiõe. Vbi sciẽdũ ꝙ cũ btũs Frãcisc⁹ in habitu eẽt adhuc seculari: & deũ ferueẽter oraret: dictu3 est illi a dño. Frãcisce oĩa q̃ carnaliter dilexisti & habere desiderasti: o3 te cõtẽnere ac odire: si meã uis agnoscere uolũtatẽ. Quod postq̃ incepis facere: q̃ tibi pri⁹ suauia uidebant: erũt tibi importabilia & amara: atq3 in his que pri⁹ horrebas: hauries magnã dulcedinẽ & suauitatẽ imensam. Quo factum est: ut in his in quibus homines suas ponunt cõsolatiões & gaudia: beatus Frãciscus per oppositu3 ad desolationẽ putauit & afflictionẽ. Nempe mondani in diuitiis: deliciis: uoluptatibus corporis: pulchro amictu: carnis delectationibus: & huiusmodi suas ponunt cõsolatiões: s3 btũs Frãcisc⁹ oppositũ. Nã diuitias abhorruit: delicias euitauit: frenum sensibus posuit: uestimentis pauperrimis & uilissimis usus fuit: carnem nouis cõtinue abstinentie modis cohercuit: & que ptinent ad carnis delectationẽ oĩno nesciuit. Et qa talibus carere penale est & duꝝ: sic btũs Frãciscus taliũ delectatiões fugiendo: sub cõsolatiõis oĩs secularis subtractiõe fuit: sciẽs dictum ab aplo. Gal. ultimo. qui aũt sunt xpi uti btũs Frãciscus fuit: carnem sua3 crucifixerunt cum uitiis & cõcupiscẽtiis. Quomõ uero id effecerit multis in locis patebit huius operis: & specialiter. xix. fructu & conformitate. Et nõ solũ prefatis carere oĩno curauit: uerum etiã in cõsolatiõis diuine subtractiõe aliqñ a deo ꝓbatus fuit. Nam semel ꝑ plures menses imanissima nõ carnis s3 spũs tẽtatione ꝓbatus: ꝓ cuius ãmotione pre solito se affligebat: ieiuniis disciplinis mactabat: & orationi feruentius insistebat. Et adeo hec tentatio erat ualida: ut ab ipo oẽm dulcẽdinẽ spũs ꝓpulsaret: in tantũ ꝙ se a deo derelictũ btũs Frãciscus oĩno putaret. Et cũ magno tẽpore sub hac tribulationis uexatione a deo fuisset ꝓbatus: die quadã cũ Iesu3 oraret cũ lachrimis: apparuit dñs dicens. Nescis tu illud euãgelii: si fidẽ ut granum sinapis habueris: & dices huic monti mitte te in mare & fiet? Mons est tentatio tua. Et cũ btũs Frãciscus diceret summa fide & deuotione xpo: fiat uoluntas tua: statim tentatione fugata: consolatione fuit repletus diuina. ¶ Sub undecimo modo patientie beatus Franciscus fuit positus: uidelicet diaboli infestatiõe assidua. Et quia de hoc dicetur fructu septimo & conformitate: sufficiat pro nunc istum modũ tangere & leuiter declarare. Diabolus. n. ut dicetur: diuersis uiis & modis conatus est btũm Franciscũ uexare & a ꝓposito reuocare. Nã adhuc secularis exñs: dum die quada3 ad quandã criptã ad orandum ꝑexisset: diabolus sibi apparens: ei timorem incutere uoluit & horrorem. Nam quedam mulier erat Assisii gibbosa deformiter: quã demũ uiro dei Francisco apparens: sibi ad memoriam reducebat: cõminans eidẽ: ꝙ gibbositatem illius mulieris iactaret in ipsum: nisi a concepto proposito resiliret. Sed Christi miles fortissimus minas diaboli uilipendens: intrans criptam: ut deus eius dirrigeret uiam deuote orauit. Persecutio quã Frãciscus passus est a patre & ciuibus quis suscitauit eidẽ: nisi hostis antiquus? quẽ. n. cognoscebat sui futurum percussorem & destructorem: ut ipsum a dei uia retraheret & ad suam prosequendum uoluntatem omni uia est conatus & modo. Et quia stati3 dicetur in septimo fructu de hoc & cõformitate: ad presens dimittatur. ¶ Sub duodecimo & ultimo probationis patientie modo fuit beatus Franciscus. s. illius quod appetit subtractione. Et pro istius euidentia est aduertendum: ꝙ homo naturaliter tã inclinatione nature institute q̃ peccato prostrate: appetit multa: que Franciscus & si aliquando appetierit: nonnulla tamen abhorruit. Quidam ut habeãt diuitias ab elimosinis manus retrahunt: Frãciscus naturaliter fuit liberalis: & uirtute indutus ex alto: petenti pro amore domini: si possibilitas afforet dabat libenter. Lasciuia mundi appetitur a multis: hanc horruit beatus Frãciscus. corpus suum a tali preseruans appetitu. Aliqui appetunt magnitudinem status: Franciscus & si militiam appetierit: facta eide3 reuelatione: nullatenus amplius per optauit. Iocis quida3 intẽdunt & ludis: Francisc⁹ & si quandoq3: demum tamen omnia reliquit. Orationem fugiunt quidam: Franciscus secularis adhuc: orationi instabat. Crucifixum attendere inter christicolas pauci optant: Franciscus adhuc secularis passionem alte deplorat: & oculos ex passionis lachrimatione sanguinolentos tenet. Quidam dei non obsecundant mandatis: Franciscus uoci diuine uotiue obedit: dum reparare sancti Damiani ecclesiam nititur. Multi naturaliter horrent infirmitates leprosorũ & ulcera: beatus Franciscus ipsos uisitat tangit dat elemosinã & osculatur. Paternam hereditate3 habere conantur omnes: hanc coram episcopo patri beatus Frãciscus resignat. Quidam totis stringunt mundum affectibus: Francisc⁹ nudus prosilit e mundo. Incõmoda declinant multi & labores: Franciscus corpus suum laboribus exponit & oneribus lapidum. Aliqui inter suos mendicare erubescunt: Franciscus uerecundia deposita elemosinam de minimis petere non horret. Cibo & potu & aliis suu3 cum affectu reficiunt corpus: Franciscus tenui cibo & potu: adeo ut uix necessaria sũmeret ad sustentatiõe3 nature: carnem suã sub abstinẽtia cohibet. Flagella & disciplinas sibi apponi plurimi negãt: Frãcisc⁹ hoc corpori suo fratri asino ingeminat. Mollia ferũt ad carnẽ plures: Franciscus ciliciũ latenter gerit ad carnem: uestem delicata3 nunquã admittens. Penas fugiunt oẽs: Franciscus in penis delectatur & infirmitatibus. lumẽ oculoꝝ ab hominib⁹ desideratur: Hoc Frãcisc⁹ nõ curãs lachrimis est orbatus. uelle famã quisq3 inhiat. Fran

ciscus uituperari a cunctis peroptat & mandat. Mortem omnia condita formidant & horrẽt: beatus Franciscus ter eã pro Christi nomine habere hanelat. Sciẽtiam mundi quidam charius amplectũtur: btũs Franciscus hac dimissa docet oratiõi instandum: tota enim beati Francisci uita appetitui mundanorum: & naturali cõtraria fuit. Quare sub hoc patientie modo declaratus fuit. s. omnia que alia appetũt refugiẽdo: & a se remouẽdo. igitur. xii. prefatis diligẽter cogitatis apparet ꝙ beatus Frãciscus ad similitudinez Christi sub patiẽtia agitatus: probatus in patientie uirtute perfectus inuẽtus est. prout dicit secunda pars istius quinti fruct⁹ & cõformitatis. uidelz. Franciscus agitatur. Et sic pz declaratio totius qnti fructus & cõformitatis.

¶ Sextus fructus & conformitas Iesus abiectus cernitur. Franciscus separatur. Expositio prime partis. uidelicet Iesus abiectus cernitur.



Icet saluatoris uita & conuersatio taz in sui exordio q̃ in processu: fuerit omnis humilitatis abiectionis & cõtẽptus mũdi expressiua: sui tamen abiectionẽ & si ostendit in incarnatione & natiuitate semetipsum exinaniẽdo: formam serui accipiẽs: ac in finem inter latrones eligẽs crucifigi: Hãc precipue uoluit demõstrare: quãdo maiorem honorem etate cõsiderata a sapiẽtibus iudeorum recepit annoꝝ dum esset. xii. Quam post doctorum informationem suis interrogatiõibus & respõsionibus: in medio eorum sessionem: & ipsoꝝ de eo stupidam admirationez reserauit: uidelz sui contẽptuz & mũdi despectum & abiectionem. ¶ Pro cuius euidẽtia est sciẽdum: ꝙ saluator & deus noster dominus Iesus: cuius sapiẽtie non est numerus: in etate duodecim dum esset annoꝝ: quo ad corporeaz substãtiam multa pagere complacuit: que solerter intuentibus exprimũt in primis abiectionẽ sui & cõtemptuz: & cõsequẽter mundanoꝝ cunctorum. Exercuit enim plures actus & singulares. ¶ Et primo templũ adeundo: ostẽdit se legi esse subditum & subiectuz. Cum. n. lege nõ astringeretur sed supra legem esset: quia dei filius: uoluit tamẽ legi se subdere. Sed qua de cã nisi ut ipsam bonam hactenus ostẽderet fuisse? Circuncisus fuit hac de causa: ad tẽpluz ductus a matre: sic & templi ascensu idem ostendere uoluit. Secũda de causa ut se legi summittẽdo: quia lex iusto nõ est posita sz peccatori: se uelut hominem peccatorem tali obseruantia declarãdo: semetipm abnegasse cunctis declararet fidelibus. Tertia cã adiicitur: ut exemplũ preberet nos diuinis omni affectu mandatis obtemperare debere: quia in custodia eorũdem retributio multa. Et quãtũcũqz magnus etiã ad que nõ tenet: pro sui humiliatione aliqñ opari ɔdecere: suo exẽplo mõstrauit. Ac post dimissaz ĩfantiã dũ hõ incipit rõne uigere: seruire deo ĩcipiat: ut egit ipe. xii. dũ eẽt ãnoꝝ. ¶ Secũdo sui abiectionẽ & despectũ xp̄s oñdit in alio actu. uidelz suos parẽtes deserẽdo. Nã ignorãtib⁹ mr̄e & Iosephin Ierusalẽ solus remãsit. ¶ Sz hi sunt aliq̃ dubia remouẽda. Primũ ꝙ cũ uirgo sũma diligẽtia xp̄m custodiret: quõ potuit xp̄s eam sic dimittere ut de hoc ipa nullo modo ꝑpẽderet. Rñdit Beda ꝙ cũ ꝑ aliã uiã ĩcederẽt uiri & ꝑ aliã mulieres: btã Maria credidit pueꝝ eẽ cũ ioseph ĩ comitatu: e ɔtrario ioseph ipz abiisse cũ mr̄e. sic potuisse remãsisse ignorãte matre. Aliter rñdit Origenes ꝙ sicut insidiãtibus iudeis elapsus est de medio eoꝝ & nõ apparuit: sic dicit factũ cũ remãsit in Ierusalem ignorantibus parẽtibus. ¶ Secundũ dubiũ cum Iesus nihil magis diligeret excepta hũanitate assumpta: q̃ beatã uirginẽ: cur eius consortiũ sic dimisit? Respõdetur ꝙ hoc fecit: primo ne in disputatione fienda parentes eius essent ad impedimentum. Secũdo ne si parẽtes scirent & aliud uellẽt & ipe id faceret: de inobedientia posset quoquõ reprehẽdi. Tertio ut ostẽdat ꝙ deo potius est obediendũ q̃ parentib⁹. Quarto ꝙ que de⁹ inspirat nõ debẽt parẽtib⁹ ꝑpalari. ¶ Tertium dubiũ an debuit xp̄s ĩscia matre sic latere: & tãtum dolorem in eã ꝑmittere. Rñdet ꝙ xp̄us decẽtissime se habuit sic peragendo. Et primo respectu sui: & hoc cõsiderato primo tẽpore: qa homo statim cũ incipit uti rõne: debet incipe ĩqrere & tenere q̃ dei sunt: exemplo Tobie qui ab infantia docuit deũ timere: & mãdata ei⁹ seruare. Tob. i. Secũdo. loco pensato. Aptior locus ad honorandũ deũ nullus repit quã ecclesia uel tẽplũ: q̃re ad ipm est accedẽdũ ut deus a nobis honoret. Tertio societate cogitata: bñ facit puer: cõsorciũ spnẽdo pueroꝝ: cõuerset cũ ꝑbis. s. doctoribus & rectorib⁹ cultus diuini. Quarto. mõ habito inspecto: caute. n. dz ĩpedimẽta uitare q̃ ad bñfaciẽdum cõiter danẽ a parẽtib⁹: q̃re xp̄s cũ tẽpore cõgruo fecerit. s. xii. ãnoꝝ: Locũ aptũ adierit: qa dei tẽplũ. Societatem pboꝝ. s. doctoꝝ elegerit: & modũ cautũ tenuerit in uitando parentes: quare quo ad se optime in hoc facto se habuit. Secundo. se habuit decenter incipiẽdo querere que sunt ad dei honorem: quod utiqz fecit inquirendo. Primo a personis sciẽtibus quia a doctorib⁹: quos iterrogabat. Secũdo tales audiẽdo libẽter: audiebat. n. illos. Tertio iterrogãdo. nã eos iterrogabat. Quarto in pseuerãdo. qa sedebat in medio doctoꝝ. s. cũ illis. Tertio se habuit decẽter: qa deũ ꝑtulit oib⁹ amicis & parẽtib⁹. Et qa hoc ẽ consonũ rõni: q̃re decẽtissime xp̄s se habuit: & hoc respcũ sui sic faciẽdo. Scđo se habuit decẽtissime respcũ mr̄is: qa hoc actu fuit. Primo amor maternus ex dolore suscepto a mr̄e declarat⁹. Secũdo declãuit q̃tã cõfidẽtiã hẽret in mr̄e: quã sciebat sibi cõdescendere in oib⁹: sicut illa q̃ deo erat semp cõformis. Tertio reserauit xp̄s eã plus diligere amore spũali quã carnali dũ sic egit. Quarto ut in tali actu se deũ eẽ demr̄ando: q̃ta eẽt Maria que ipz genuit declãret. Tertio habuit se decẽtissime quo ad nos. Nã oñdit p̄rnitatẽ diuinam ꝑponẽdã p̄rnitati carnali: nec parẽtũ q̃rimoniis ab his q̃ dei sunt cessandũ: ac in his q̃ sunt ɔtra deũ nõ obediẽdũ. Et si inscũs parẽtibus ab eis absentamur: non faciamus grã male agẽdi sz bñ: qa ipe templũ adiit & dei p̄ris honorem

Xp̄i exẽplo oẽs iuitanẽ ad mundi & suiipsi⁹ cõtemptum.

notãda sũt. Ill q̃ remãsit puer Ie in Ierusalem.

quesiuit. Quare prefatis patet responsio ad dubium q Iesus decenter se habuit. ¶Quartum dubium quare sic agere uoluit. Respondetur. Primo ad uirginis patientiam comprobandā & demonstrandam: quia ad tempus deus consolationes suas retrahit: afflictiones immittit: ut probet: ut factum est in Tobia. Secundo ut sollicitudo ipsius ad filium inquirendum quāta eēt ostenderetur. Tertio ad comendandam eoruȝ scilicet Marie & Ioseph deuotionem: qui Christum non esse cum eis uidentes semper inquieti fuerunt. Quarto ut declararet quāta custodia est Christus a nobis retinēdus dum apud nos est: cuius absentia ingerit tantam mesticiam & dolorem. Quinto ad ostendēdum q de⁹ nō ex affectu carnali se reuelat: sed potius spirituali: a matre pro tempore se abscondit. Sexto ut declararet q deus non omnia uni & simul reuelat: sed unum post aliud pro loco & tēpore. Quare prefatis sic agere uoluit. Ex quib⁹ declaratis apparet q Christus uolēs oñdere abiectionē sui & abnegationē: nō parētes amplex⁹ est sȝ deseruit: cuius comitatu nec despect⁹ uideretur nec derelictus. ¶Tertio ostēdit despectuȝ & sui contētuȝ nullis adminiculis corporalibus se muniendo: sed omnibus spoliando. nam sicut in Ierusaleȝ remansit solus: sic priuatus pecunia domo lecto & uictu: quia nec panem nec uinum secum habuit. quare sic omnia dimittēdo & soli diuine prouidētie comittendo: sui contētum oñdit cū abnegatione. ¶Quarto idipsūȝ uideliȝ abnegatiōeȝ sui & abiectioneȝ ostēdit: alio actu .s. de se nihil presumere declarādo & ostēdēdo: Si enim se ad docēdū iniecisset: fastuȝ & elationem appetere fuisset uisus: quia uero nō docuit cum deus & doctor maximus esset: sic agēdo uideliȝ interrogādo & respondēdo: & nō principaliter docēdo: nō laudem sui appetere sed contēptum: uelut inscius uelle adiscere declarando ostēdit. ¶Quinto in actu alio ostēdit se abnegasse ueraciter uideliȝ reuereter se habēdo: q patuit quia nō rectus stetit: ne imperare seu docere uelle ostēderet: sȝ sedit: nec supra eos sedit nec in capite sȝ in eorum medio: quare locus ostēdit Christi innatam humilitatē: & eius a se abnegationē: cum supra eos ut deus & imperator debuisset sedere. ¶Sexto in alio actu hoc idē ostēdit humiliter respōdendo: maximus.n.fastus apparet multotiens ex loquela: sicut patuit in Nabal carmelli Dauid despiciēte primi ꝶ.xxv. Et in Siba filio botri.ii.ꝶ.xx. Ac in Roboā filio Salomonis.iii.ꝶ.xii. Sic & sui profunda humilitas & cōtētus in humili respōsione: q utiqȝ egit puer Iesus nō docēdo: sȝ humiliter ad īterrogata respōdēdo. quo declarauit & suam abiectionē: & nobis exēpluȝ ꝓbuit quē modum in respondēdo haberemus tenere. ¶Septimo oñdit sui contētū in alio actu uideliȝ morigerate in cūctis se hñdo in ipsoꝶ doctoꝶ nō despectiōe sȝ ueneratiōe: in rñsione & interrogatiōe. Et qa prudēter humilr̄ & benigne se in cūctis gerebat: merito sup doctrinam tam moꝶ q̄ ex interrogationibus eius & rñsionibus q audiebāt mirabantur. Mores enī exterius: composite mētis & humilis sunt signa euidētia. Cuius oppositum plures faciūt: despiciēdo omnes & quo ad mores statum & doctrinam: sicut iudei egerunt circa cecum a natiuitate a Christo illuminatum: cuius uerba despexerūt cum omnibus. Ioannis nono. ¶Octauo deo omnia tribuēdo: hoc expressit non de se alta sapere sed contētū. Nabuchodonosor ciuitatis Babilonie structuram nō deo: sed sibi tribuebat. Danielis quarto. Herodes idipsum fecit de sua eloquentia. Actuum.xii. quare a deo puniti fuere. Sȝ puer Iesus omnia tribuit patri. pȝ ex loco in quo stabat quia in templo. quare non contraria pagebat his que fieri debēt in templo: que sunt gratias agere deo & omnia tribuere eidē: sicut egit Dauid primi Paralipomenon ultimo. quando dicit qđ dedimus tibi hec tua sunt & de manu tua accepimus. patet etiam ex respōsione data matri. Et ideo dicere poterat tunc quod postea dixit iudeis. Ioānis octauo. Ego gloriam meam nō quero sed eius qui misit me: quare deo omnia tribuendo seipsum abnegasse hoc actu ostendit. ¶Nono dei patris que sunt ad honorem exequendo. Non sua debȝ quis querere: quia nec suam uoluntateȝ facere: qui semetipsum abnegat cum Christo: sed uoluntatem eius qui misit eum scilicet dei patris: q Christus ostendit temporis in processu. dicēs Ioannis capitulo octauo. Que placita sunt ei facio semper. Et capitulo sexto. Non ueni ut faciam uoluntatem meā sed eius qui misit me patris: quare & puer idipsum matri respondendo deprōpsit dicens. Nesciebatis q in his que patris mei sunt oportet me esse. i. quia me ipsum propter formam serui quam suscepi abieci: oportet me esse & querere que sunt sciliȝ pro honore patris mei. ¶Decimo ostendit sui abiectioneȝ in triduo: stipem secundū Bernardū hostiatim querendo. Cum enim remanserit in Ierusaleȝ sine pecunia: & tanta de sua sapiētia ostēsa uirtute: nō fuit inuitatus ab aliquo nec hospitio receptus: sed inter pauperes cōmorando quos amabat: more eorum mendicando uictum quesiuit. O quanta abnegatio sui & contēptus: ut deus homo: puer delicatus & uerecundus: panem hostiatim expetendo acceperit. Confunditur humana superbia tanta & ad talia inclinatione summi dei. Hic est actus per quē presens fructus principaliter ponitur quo ad primam sui partem dicēs. Iesus abiectus cernitur. Nōne tibi abiectus Iesus uidetur derelictus ab omnibus: a nullo receptus & inuitatus: stipem queritando per domos: & forte sic querendo expulsus a pluribus: nec uictus datus ut petebat: nec hora qua idigebat: nec forte in tanta quantitate ut ei opus erat. Quare hunc actum pre aliis meditando: Iesum se contēsisse omnibus euidenter apparet: qui omnes pascit & alit: sibi parui cibi & potus denegat subuentionem: nisi acquirat mendicando. Filios Israel pauit in deserto quadraginta annis cibo misso de celo. Heliam pauit per coruum primo: demum per angelum. Nonne poterat sibi per angelos deferri facere cibos sic fecit suo pacto ieiunio? Certe sic. Sed id fecit: ut in nullo esse & statu de nostra abiectione confunderemur ac dei amore omnia libenter sufferremus: & nosset se homo ad perfectionem posse nullatenus peruenire si non sibi ipsi sit per

omnia abnegatus. ¶ Vndecimo ostendit sui contẽptũ Christus consortium magnorum deserendo: & humilium appetendo. Cum enim simile iungatur simili: Iesus noscens humilitatem & abiectionem sue piissime matris: & superbiam doctorum: ipsos deseruit: & ad matrem pergens sibi similem: cum ipsa permansit. ¶ Duodecimum ꝙ Christi acclamat abiectionem & ostendit: est se matri & Ioseph per omnia supponendo & subiiciendo. Quod deus se subiiciat & specialiter uni mulieri: hoc est signum euidentissimuꝫ sue abnegationis & abiectionis contemtus sui & despectus. Quo peracto Iesus non solum perfecte sue abnegationis dedit exemplum sed multorum ostendit disciplinam. Primo ut homo non attendat cui subiicitur sed propter quem: Iesus mulieri & Ioseph subiectus personis abiectis sed propter deum. Secundo ostendit quorum consortium abnegans se: debet habere: quia non superborum: quia non stant duo contraria simul sed humiliũ: Iesus Christus deserit cõsortium doctorum: & uadit ad standum cum matre & Ioseph. Tertio ostendit cuncta obedire sue matri marie. Ex quo ipse qui omniuũ ẽ creator obedit reuerẽter. Multa alia possunt dici: sed sufficiãt prefata. ¶ Prefatis. xii. non solum nostri saluatoris ostenditur abnegatio & abiectio: sed & consequenter mundi contemtus abdicatio perfecta & despectio. Et quod sic sit apparere poterit discurrẽdo per modos prefatos. Qui si que sunt mundi dilexisset: nec templum adiisset ut faciunt mundani: nec subiectum se legi ostendisset: immo supra legem cum superbia uigeat in mundanis. prime Ioannis secundo. Secundo non parentes declinasset: immo secum habere uoluisset: quia cuꝫ desertione parentum stat mundi contemtus: ut dicit ipse saluator. Tertio non se exuisset adminiculis corporalibus: cuꝫ mundani non in deo: sed in mundo spem suam figant. Quarto non reuerenter se ad alios habuisset: sed presumptuose se ad docẽdum iniecisset: propriuꝫ & non aliorum honorem querendo. Naꝫ mundani teste psalmista dicunt. Linguã nostrã magnificabimus: labia nostra a nobis sunt: quis noster dominus est. Quinto nec locum in medio sed supra eos uel primuꝫ quesisset: sicut querebant mundani Pharisei. Math. xxiii. Primos accubitus in cenis & primam cathedraꝫ in sinagogis: & salutationes in foro: & uocari ab hominibus rabi. Sexto non humiliter respondisset: immo oppositum uti Pharao fecit. Exodi quinto Moisi dicens. Nescio dominum: & Israel non dimittam. sic fecit & sedechias: qui percutiendo Micheam prophetam in maxillam: uoluit ꝙ suuꝫ seruaretur uerbum & non Michee tertii ꝛꝫ. xxii. Achithophel qui superbus non uidens factum consilium suum: se suspendit. ii. ꝛꝫ. xvii. Septimo in suis uerbis se morigerate non habuisset nec in gestis: quia mondanis est patens guttur eorum ut psalmus dicit. Ac mores mali consequẽter: quia mores bonos corrumpunt colloquia mala. patet hoc in Iasone iudeo: qui moribus sanctis dimissis: mores induit grecorum & mundanorum. secundi Machabeoruꝫ quarto. Et quales fuerint: habentur in libro eodem. Octauo deo non omnia attribuisset: immo mundani dicũt semper illud. gloriam meã alteri non dabo. patet hoc generaliter in hipocritis: qui que agunt non deo sed sibi uolunt attribui. Nono que sunt ad dei honorem non quesisset: quia mundani omnes que sua sunt querunt: ut dicit apostolus: Nõ que sunt Iesu Christi. Decimo nõ abiecisset diuitias nec mẽdicasset: qa mondanis est inimica paupertas neqꝫ uolũtaria: immo ad habendum diuitias assidue inardescunt: quia tales oẽs student auaritie ut dicit scriptura. Vndecimo non humilium appetisset conuersationem & societatem: sed magnorum. Nam mundanus diues Lazari consortiuꝫ despiciebat. Luce sexto decimo. Sic & iudei dicentes se nolle societatẽ Christi. Tu discipulus inquiunt ad cecum illuminatum: illius scis: nos autem Moisi &c. Ioannis nono. Duodecimo non fuisset sponte subiectus humilibus. Nam mundani potius ad presidentiam habendam student: quam subiectioneꝫ: sicut patuit in Nabuchodonosor. Iudith primo. Qui omnem terram suo imperio optabat subiici. Sic Alexãder macedo. primi Machabeoꝝ primo. & sic de aliis. Quare diligenter attentis omnibus supradictis: apparet euidenter saluatorem nostrum & se abiecisse: & munduꝫ penitus despexisse. abiectione sui mundi contẽtus ab eo apparet: & non econtrario: cum multi abnegent mundum qui non se ipsos: sicut hipocrite faciunt & multi alii religiosi: uoluntatem propriam nunquã deponentes. A christo exemplum accipiendum est mundi contẽtus: qui cum omnibus licite posset uti: omnia tamen abiecit. cum se & fecisse sic: prima nostri huius fructus pars dicat ꝙ Iesus abiectus cernitur. ¶ Sed cur Iesus Christus uoluit se abnegare & mundum sic despicere? Certe ut ageret prius ꝙ demum predicaret. Abnegationem docet sui exemplo ut dictum est: & uerbo Mathei sexto decimo. Qui uult post me uenire abneget semetipsum &c. Mundi abnegationem ostendit: quando discipulos omnibus spretis habere uoluit: nec ipsos que sunt mundi habere uel possidere: ut patet Mathei decio. Exẽplo ergo Christi & uerbo inducti: primo abnegemus nos: & demum mundum funditus contemnamus. Ad cuius contẽtum nõ solum Christus inducit sed multa alia. ¶ Primo enim mundum esse contẽnendum docet scripture sacre monitio & auctoritas. Clamat enim prime Ioannis secundo. Nolite diligere mundum. & sequitur qua de causa. Quia omne quod est in mundo est concupiscentia carnis oculorum & superbia uite. & cum hec tria radices sint omnium uitiorum: qui uitia uult a se separare mundum debet abdicare. Clamat dicẽs Ioannis primo. Mundus eum non cognouit. Qui ergo cupit dei notitiam habere: mundi caliginem a se debet abiicere. Clamat dicens diabolum mundi principem Ioannis quarto decimo. Qui ergo non uult sub diabolo stare: mundum debet abnegare. Clamat mundum pressuram inferre. Ioannis sexto decimo. Qui ergo optat pacem habere: mundum debet a se remouere. Clamat dicens mundũ sanctos odire Ioã. xvi. Qui ergo cupit consortium sanctorum: contemtor debet esse mundi

Mũduꝫ esse cõtẽnendũ testat scriptura.

notandum

norum. Clamat Paulus mundum stultitia plenum. prime ad Corinthios tertio. Quare qui uult sapientiam possidere: ab hac mundi stulticia debet cauere. Clamat mundum esse fugacem. prime ad Corinthios septimo. quia preterit eius figura: quare qui esse semper desiderat mundum certe non diligat. Clamat mundum plenum guerris & pugnis ad Ephesios sexto. igitur qui securitatem considerat mundum iam abiiciat. Clamat Ioannes laqueis hostium plenum. prime Ioannis quinto. Qui igit libere cupit incedere debet mundum abiicere. Clamat mundum plenuz falsitate & uacuum ueritate. i. Ioannis. iiii. Qui ergo scire optat ueritatem mundi fugiat falsitatē. Clamat mundū ineptū ad spiritus sancti susceptionem. Ioannis. xiiii. Quare qui spiritum sanctum cupit accipere debet mundum refellere. Clamat mundum dānandum. i. Corinth. xi. Quare si cupis saluari: ad mundi contemtum debes animari. Clamat scriptura in obliuione dei & hominū esse mundi amatorem. Ecclesiastici. xiiii. Quare homines non debent esse mundi dilectores. Multa alia scriptura ponit. quibus inducit ut mundus a nobis nullatenus diligatur. ¶ Secundo ipsum mundum despiciendum ostendunt ipsius mundi prelia & mala conditio. Mundus enim est primo uallis lachrimarum & fletuū Iudicum secundo ad quā flentes intramus. Secundo mundus est positus in potestate tenebrarum & demonum. i. Ioānis. v. Tertio omni genere periculorum plenus utpote mare. ps. ciii. & Isaia. xxiiii. Quarto omni dolo & fallacia refertus Ier. vi. Quinto se amātes nō permittit celestia cogitare sed solum terrena. Genesis quarto decimo. Sexto homines pessimos in se permittit habitare. In ipso habitāt ulule pilosi &c. Isaia. xiii. Septimo est tenebrosus & ueritate priuatus. Sapientie sexto. Octauo istabilis lubricitate. Ecclesiastes primo. Nono plenus laboribus & doloribus Sapiētie. v. & ecclesiastes secundo. Decimo imundus cōtagiosus & plenus immundiciaruz stercoribus. Sapientie. xiiii. Vndecimo est rota uolubilis & impmanēs. ps. lxxxii. Duodecimo est fornax homines diuersis uiciis incendens. quibus inspectis a mundo per eius contemtum est egrediendum. ¶ Tertio ad mundi contemtuz inducit nos eorū que in mundo reperiūtur consideratio. Osee quarto dicit. Non est ueritas nō est misericordia non est scientia in terra: nam maledictum mendaciuz & homicidium furtum & adulteriuz inundauerunt super terram. Ecclesiastes. i. Omnia uanitas & afflictio spiritus. In mundo siquidem reperit nihil boni sed mali. Nihil perfectionis sed imperfectionis. Nihil uite sz mortis. Nihil uirtutis sz uiciorz. In ipso siqdē est superbia. Iactantia. Ambitio. Arrogantia. Irreuerentia. Inobedientia. Contemtus. Conuiciuz. Contentio. Dissensio. Presumtio. Inuidia. Dolus. Fraus. Odium. Detractio. Malitia. Nequitia. Ira. Inimicitie. Rancor. Dolor. Tepor. Accidia. Clamor. Blassemia. Contumelia. Tristitia. Plāctus. Luctus. Inquietudo. Immundicia. Auaritia. Fallacia. Inconsideratio. Precipitatio. Derisio dei & suorum mandatorum. Mutabilitas. Imperseuerantia. Inconstantia. Tentatio diaboli & afflictio

Male cō ditiones mundi.

mundi. merito quia hec ut patet intuentibus in mundo reperiuntur. Quare consequēter qui amicus est huius mundi: concluditur q̄ sit dei inimicus ut dicit Iacobus in canonica sua. caplo q̄rto. ¶ Quarto ad mundū contēnendum inducit hominum diligentium munduz pertractatio quid fuerūt. quid sunt & ubi sunt. Si queras quid fuerunt imperatores & monarce. Reges. Duces. Comites. Satrape. magistratus. Tirāni. Consules. Presides. Prefecti. Principes. Barones & nobiles & q̄ alias dignitates & gradus habuerūt ita q̄ magni fuerunt non exemplificando de prefatis breuitatis causa. Omnes tamen homines mortales ut nos sumus fuerunt. Sed prefati quid sunt? certe mortui sunt: nihil de mundo secum portarunt preter peccata. Sed libet intueri mente & attendere: ubi sunt huius mundi amatores scilicet Cain crudelitas: qui fratrem suum Abel occidit. Gigantum proceritas: qui fuerunt in diebus Noe. Nembrot oppressio: fuit eniz robustus uenator hominum idest oppressor. Nini imperium: qui fuit primus rex Assiriorum. Semiramidis intemperantia: que etiam filium proprium cognouit. Zoroastris Bectrianorum Regis incantatio: qui artes magicas inuenit. Neguz Pentapoleos carnis spurcicia: qui sunt celitus conflagrati cum omnibus suis. Pharaonis regis Egipti rebellio: populum mandato dei nolentis dimittere. Cadmi Thebarum conditoris felicia exordia: qui a Tiro uenit Boetiam: & Thebas edificans ibidem regnauit: uxore dotatus & filiabus: sed non sic feliciter decessit. Interfectis filiabus a uiris & nepotibus: ipse factione Agenoris a regno pulsus: usqz in exituz infelicem duxit uitam. ubi est Oethe colcorum Regis magnificentia quam ostendit: Iasonem Thesaluz recipiendo cum suis. ubi est Iasonis proditio: qui proditorie Medeam filiam dicti Oethe capiens: ipsam etiam prodidit & decepit. Pelei sagacitas: qui Iasonē direxit pro aureo uellere ut moreretur. ubi leges Minois regis Cretensis. Adonisedech iniquitas: sub cuius mensa ut canes comedebant sexaginta reges amputatis manuum & pedum sūmitatibus. ubi Eglon regis Moab ad filios Israel hostilitas. ubi Sisare Regis Madian in finibus Israel discipatio. ubi Lai ne filius eum interficeret scilicet Edipus: preuisio. ubi est Edipi ualor: qui nesciens matrem sua probitate in uxorem accepit: patre interfecto: sed tandem dolore cecus: uita infelici decessit. ubi Thiestis & Atrei discordia: ob quaz Atreus occisis tribus filiis Thiestis: carnes ad comedendum & sanguinem in uino mixtū: ad bibendum patri dedit. ubi Thesei uigor: qui tot probitates gessit cum Iasone pro aureo uellere. Cum Hercule contra Amazonum reginam. In inferno mira fecit. Liberauit Athenas a cretensibus: & multa p̄ba gessit facinora: sed expulsus a suis infelicem duxit uitam. ubi Herculis furor. ubi Laomedontis strenuitas regis Troianorum. ubi Priami maiestas: que digna imperio censebatur. Agamēnonis regis & ducis grecorz prudentia. ubi est dolus Vlixis. ubi Diomedis loq̄citas. ubi Hectoris fortitudo. ubi ɔcupiscētia paridis. ubi Achillis ipet⁹. ubi Pirrhi in Polixenā & troia

Exempla mutabilitatis felicitatis mundane.

nos uindicatio.ubi Saulis Hebreorũ primi regis proceritas.ubi Goliath exprobratio.ubi Ieroboam cõtra deum ingratitudo. ubi Zara ethiopum gentis multitudo.ubi Sardanapali incontinentia & muliebritas. ubi Senacherib contemptus contra deum.ubi Astiagis prouidentia ne a Ciro nepote sibi regnum tolleretur.ubi Ciri perse dominandi auiditas.ubi Darii carnalitas. ubi Xersis exercit⁹. ubi Nabuchodonosor superbia.ubi Balthasar insania.ubi Candali lidorum regis opulentia. ubi Cresi diuitie. ubi Amulii ambitio. ubi Suffecii uersutia. ubi hostilii seueritas. ubi Prisci deceptio. ubi Tarquinii inuasio. ubi Holofernis ferocitas. ubi Ariopastis fraus.ubi Melciadis Atheniensis uictoria. ubi Alcibiadis pulchritudo.ubi Hanonis Chartaginensis appetitus. ubi Dionisii tirannides.ubi Policratis fortuna.ubi Agathoclis cautela. ubi Philippi macedonis seuicia. ubi Alexandri magni audacia.ubi Demetrii arrogantia. ubi Ptolomeorum Regum egipti uita infamis.ubi Vexoris dominiũ.ubi Seleuci improbitas.ubi Eudoxi philosophi mẽdacia. ubi Iugurte exercitatio. ubi Marii aspectus. ubi Mitridatis custodia. ubi Cesaris sagacitas. ubi Pompei expeditio.ubi Octauiani prosperitas. ubi Marci Antonii temeritas.ubi Herodis impietas.ubi Gai ad malum auiditas.ubi Neronis uoluptas.ubi Vitelii gulositas.ubi Domitiani precipitatio.ubi Diocliciani aduersus Christum contemptus.ubi Maximiani inconstantia.ubi Iuliani apostasia. ubi improborum Romanorum imperatorum quo ad plures dira dominatio. ubi Theodorici malignitas. ubi Totille flagellum & sic de similibus. Isti fuerunt in seculo & mundo ob dignitates & dominia uiri famosi: mundi glorie intendentes: eam optantes & habentes. Sed quis horum extitit finis & terminus? certe cuiuslibꝫ fuit malus & prauus: nam Cain fuit a suis descendentibus. uidelicet Lamech sagitta petitus. Genesis quarto. Gigantes submersi sunt in diluuio.Genesis septimo. Ninus Rex Assiriorum primus: ab aduersariis sagitta illisus obiit. Nembroth lingue diuisione suo desiderio de imperando omnibus frustratus fuit. Semiramis a filio stuprata est occisa.Zoroaster Nini gladio infeliciter est mactat⁹.Reges Pẽtapoleos igne celesti sunt cremati.Pharao in mari rubro cuꝫ suis necatus. Cadmus ut dictum est post felicia infelix factus apud illirios post regni amissionem morte periit ignota.Oetes colcorũ Rex filio egialo interfecto a filia Medea furtiue a Iasone rapta: uitam infelicissime duxit Iason decepta medea: ipsius factione medee:filios ꝓprios ipsa tradente comedit.Peleus regnum dare inuite suo nepoti Iasoni est coact⁹.Minos fili⁹ Pasiphaes solis filie:& Cretensium Rex:filii mortem dum cupit uindicare: a Theseo expulsus adulterio uxoris & filiarum cum Theseo:fugacem dum dedaluꝫ sequitur: apud siculos a filiabus cretali ipse mortem inuenit. Adonisedech ab israelitis captus sũmitatib⁹manuum & pedum amputatis que aliis gesserat: ipse excepit. Eglon ab Aioth sicca in adipem immersa obiit.Sisara a Iael clauo in timpore infixo occiditur. Laius iuxta accepta a diis a filio Edipo incognite est occisus. Edipus desponsata matre & ociso patre: dum hec sciuisset:regiis insignis depositis: dolore oculis sibi erutis: tandem post mutuam cedem filiorum:Creontis imperio catenis onustus in exilium est actus. Tiestes ob stuprum commissum in cognatam:& atreus crudelitate ambo infeliciter obierunt.Theseus post multa facta:Ippolito filio sugestiõe falsa Phedre uxoris occiso:ab ingratis ciuibus repulsus apud Ciros minorem insulam infelicis uite diem clausit extremum.Laumedon in prelio a Iasone & Hercule prosternitur. Priamus post tam magna facta in Troia & regnorũ subiectioneꝫ: a grecis decennio obsessus fraude capta ciuitate: a Pirrho crudeliter post amissionem filioꝝ & omnium est mactatus. Agamẽnon Clitẽnestre uxoris ab egisto cognite factione occiditur. Hercules effeminatus a Iole tandem nessi centauri ueste & sagitta est furore prostrat⁹.Vlixes a filio incognito sauciatur crudeliter. Diomedes expulsus a regno infeliciter consumatus est. Hector proditorie ab Achille perimitur. Paris filius Priami a rege in prelio morti sociatur. Achilles in templo in Troia sagittis paridis mortem gustauit acerbam.Pirrhus ei⁹ filius post reuersionem a Troia: fraude macharei sacerdotis in templo Apollinis ab oreste est interfectus. Saul inobediens deo regno priuatus:diabolo ad uexationeꝫ traditus:in monte Gelboe cum trib⁹ filiis est ꝓstratus.Goliath a Dauid puero funda & lapide est deiectus. Ieroboam cũ suis omnibus ad internitionem est a deo datus. Zara ab asia & suis conturbatus & fugatus est secũdo Paralipomenon.xiiii.Sardanapalus iter mulieres ab Arbato medorũ prefecto aggressus: cũ se nequiret defendere regia incensa cum omnibus uoluptatib⁹ con crematus est.Senacherib post damnum suoruꝫ interfectis de suis per angelum.clxxxv.milibus:fugiens a filiis duobus dum oraret nesrach deum suum est mactatus.iiii.ꝛꝫ.xix.Astiages rex medorum:a Ciro nepote ex filia priuatus regno medoruꝫ:in irchania sibi tradita ab eodem moritur. Cirrus bellum dum amazonibus intulisset:circũuentus cum ducentuꝫ milibus persarum occisus & decapitatus: in utreꝫ sanguine repletum eius caput est ut biberet proiectuꝫ. Darius Rex Persarum cum reginam scitarũ ui habere uellet: amissis ultra centum milibus de suis: & deinde apud marathonem debellatus a grecis: ad infelicem mortem deuenit.Xerses mille milibus amissis de suis: in grecia per Leonidam spartanorum ducem cum quatuor milib⁹:naues eius omnes submerse uel capte ꝑ Themistoclem & Azimonem duces Athenienses: in Persiam reuersus odiosus omnibus: ab Arthabano prefecto est obtrũcatus.Nabuchodonosor Rex Babilonis primo diuino iudicio a regno per septeꝫ tempora pulsus:& deinde post in regno reposit⁹: mortuũ cadauer eius in trecenta frusta diuisuꝫ: datum est trecentis uulturib⁹ a filio.Balthasar dũ uasa domini male tractat: regno & uita a Dario & Ciro ẽ priuat⁹.Dañ.iiii.Candalus rex lidoꝝ felix aliqñ ꝯiuge & regno: ab amico Gige tãdẽ uxore regno & uita priuat. Cresus et lido

tum rex ditissimus fuit omnium regum. Hic captus a Ciro cũ Balthasar Babilonie rege rogo superimposi tus:& si imbris superuentiõe sit liberatus:regno tamẽ priuatus permãsit. Amulius Numitore fratre a regno expulso:solus in alba regnat:sed Remi & Romuli au xilio numitor regno potitur:amulio interfecto. Suffe rius Metius rex fuit Albanorum: cum contra uenien tes cum Tullo hostilio & Romanis iuisset:se cuꝫ su is in partem subtraxit ut uictori in auxilium esset:cu ius fraudem tullus cuꝫ attendisset: eo capto & uirgis ceso:demum per manus ligato ad quadrigas & pe des:impulsis equis: eius corpus spectantibus Alba nis & Romanis in partes diuersas est concisum. Tul lus hostilius prefatus Romanorum Rex post mira ꝓ Romanis ab eo facta: cum regia a fulgure est crema tus. Priscus Tarquinius rex Romanorum deceptis fi liis Anci Martii regis Romanorum: ex mercatore fa ctus rex:ab eisdem cum securi percussus regnũ ami sit cuꝫ uita. Tarquiniꝰ superbus septimus & ultimus rex Romanorum:expulsus ab urbe ob scelus in lucre tiam cõmissum:a filio:nec repetere urbem unquaꝫ ua luit:& cumas pergens cum Aristomene tiranno sene ctutem suaꝫ tabefactus consumpsit. Holofernes Na bucodonosor Regis Assiriorum princeps militie: fe rocitatem sui pectoris Iudith hebrea amputando ca put extinxit. Melciades Rex Atheniensium apud ma ratonẽ Darium cũ suis expugnauit & liberauit athe nas. captus deinde ab atheniensibus:& onustus cate nis: in carcere est trucidatus. Alcibiades dux Atheniẽ sium forma genere diuitiis bello facundia admiran dus:post multa felicia & infelicia: tandem domo in censa in qua manebat ab insequentibus crematus: & priuatus iacuit sepultura. Hanno amilcaris ducis car taginensiũ filius: ditissimus fuit. Hic cartaginis do minium dum appeteret:primo senatum ueneno occi dere operã dedit: secundo manu seruorum fretus duꝫ imperare optat:captus & in conspectu populi nuda tus:uirgis cesus:oculis extractis:amputatis manibus & pedibus:confractus cruribus:ferro uita eiecta:cor pus uulneribus confossuꝫ in cruce altissima est suspen sum:filiis nepotibus parentibus & amicis cuꝫ ipso pa riter enecatis. Dionisius siracusanorum rex fuit: hic post multa infanda cõmissa in fratres cognatos ciues deos & exteros:expulsus a regno: corinthum missus est in exilium: ubi primo lenonibus iunctus: deinde pueros docens in triuiis: uitam ut creditur miserabili ter termiauit. Policrates Sami insule Tiramnus fuit: omnia sibi fortũa ad uotum pro tempore impendit: sed in fine captus ab Orũte Darii prefecto:culpatus ꝙ aduersus Dariuꝫ hostibus preberet auxiliũ: in sum mo midalensis montis uertice in cruce est suspensus Agathocles siculorũ rex:ab afris in siracusa obsessus: ciuitate munita fratri relicta: cuꝫ exercitu transiuit in africam:ibiqꝫ uictoriosus cõtra cartaginenses:siracu sas reuersus: ad obsidenduꝫ brutios contendit: ibi dũ eẽt: regno capto a filio filii priuatus est:ac timore egi ptum petens ibidem morbo & peste consumptus est. Philippꝰ macedo uersutiis suis grecis subiectis & plu ribus aliis iuxta uaticinia:a gladio in manubrio qua drigam sculptam habente per pausaniam interfectus est. Alexander magnus macedo post subiectum ui & timore orbem:apud Babiloniam uenenatus a Cassan dro:triumphũ morti dedit. Demetrius Rex Sirie post impie multa commissa:relictus ab uxore filiis & aliis cum iret in tirum:ac in portum descenderet iussu pre fecti loci obtruncatur. Reges egipti plures fuerũt di cti Ptolomei:qui proditionibus mutuis rapinis luxu riis crudelitatibus & regimine prauo notati:uitaꝫ ne ꝗ ducentes diuersis cladibus interierunt. Vexores rex fuit Egipti:qui ambiens scitarum dominium: ab ipsis de regno Egipti ꝙ habebat expulsus: uitam infeliceꝫ duxit:alieo & proprio priuatus regno. Seleucus Rex post multas uictorias & insignem militiam sub Alexã dro peractam: Ptolomei ceraunii insidiis captus & necatus est ultimus ex Alexandri principibus Antio chus rex Sirie post multa infanda in deum & iudeos illata:ultione diuina doloribus & corrosione uermiuꝫ miserabiliter e uita decessit. Hanibal penus. xviii. an nis attritis Romanis in Ispania & in Italia & mul tis crudeliter gestis: superatus a Scipione Africano ad Prusciam Regem:hostem tunc romanorum fugit: sed pace facta inter Prusciam & Romanos: cum sci ret se tradendũ Romanis: ueneno hausto ꝙ secũ sem per ferebat:infelicem animaꝫ emisit. Prusias Bithinie rex:dum filios nouerce filio legitimo uellet prepone re:a filio expellitur de regno:qui cum paucis seruis re cedẽs:ab eis solus senex dimissus: dũ timore filii per gens per incognita loca: & se alium esse dicens stipeꝫ ꝗritando:de die residendo in tenebris:& noctu ambu lans:ultimo ad manus filii deueniens occiditur. Perseꝰ Spurius Rex fuit Macedonie:qui sue cõditionis obli tus:post multa nefanda ab eo patrata:uictus a Paulo Emilio:senatus iussu ad perpetuum carcerem cum fi liis est dãnatus. Verum cum horrore & fetore carceris ac dolore diẽ clausisset extremum: filius eius ob ino piam Rome artem erariam didicit & exercuit. Pseu do Philippus mendatio se fingens Persei fratrem:ma cedoniã a Romãis accepit: Qui tandẽ captus a Me tello ante eius currum ductus Romam: ibidem igno miniose est necatus. Iugurta Rex Numidie naturalis fuit:hic tribus fratribus occisis legitimis:regnum Nu midie obtinuit: sed fratruꝫ mortem non ferentes Ro mani: per Gneum Marium multis preliis ad deditio nem redactus:captus ante curruꝫ eius pro triumpho: & catenatꝰ ductus est:& non multo post mole ad col lũ appensa: ex lapide Tarpeio in tiberiꝫ ꝓiectus ne catus est. Marius Arpinas primus consul ex plebe se ptem consulatus habuit. Hic multa peragens iniqua: preneste ceruicem feriendam seruo prebuit. Mitrida tes Rex Ponti:hic linguas plures sciuit:Inimicos per uiginti annos non permanendo in loco euitauit: cru deliter se habuit ad Romanos: omnes enim in regno suo & mercatores & alios occidi iussit: bellũ per qua draginta annos & ultra habuit cum Romanis:uictus a Pompeio obsessus a filio Pharnace: sumpto prius ueneno sed nihil ei nocente: tandem a Gallo mili

te est occisus. Cesar Iulius habita uictoria de Pōpeo
& suis:roma potitus:nō multo post cōiuratōe quorū-
dā ciuiū plurib⁹ uulnerib⁹ cōfossus occubuit.Pōpei⁹
magnus in sua iuuētute & post ꝑ tps in bellis felicissi
mus fuit.Nā cū.xxii.regibus bella gessit.Sed discor-
dans a Cesare:apud epirruꝫ multis sufultus regibus:
pugna habita succubuit.Qui dū peteret egiptū: pto-
lomeo mandante:a suis satellitibus decapitať. corpus
eius quisquiliis semiustuꝫ a Codro q̄store ipsius pom
pei cum lachrimis positū est sub harenis. Octauian⁹
post triumphos multos habitos: & si in pace regnaue
rit magno tempore & decesserit: infelix tamē fuit in
filiis: qui oēs ante ipsum mortui sunt. Sed infelicissi-
mus in filiabus: quas oēs ob stupra occidi mandauit:
& demū filiū non habendo: tiberio priuigno in filium
adoptato:dimisit regnum. Gaius caligula imperator
luxuriosissimus : adeo ut non se a sororibus abstine-
ret: insolentissimus pro deo se coli faceret & crude-
lissimus.nam parentes senatores & alios multos occi
dit:& post eius morteꝫ diuersa uenena sūt repta: que
in mare proiecta pisces inumeros necauere. Nero fa
ctiōe matris romano adepto imperio:nephādissimus
homo fuit.hic stupratis sororibus:matre occisa: oib⁹
nota. parentib⁹necatis:incēsa maxima parte urbis:depreda
tis omnibus hostib⁹:iudicatus a senatu:ꝓprio pugiōi
incubuit.Marcus Antoni⁹ Iulii Cesaris nepos ex foro
re:cū multa iproba ageret:& Octauiano insidias mo
lireť:Aduersus quē Octauianus ꝓfectus apud Acciū
ꝓmontoriū eū debellādo in Alexādriā fugere coegit.
Quā obsidendo augustus & fame oēs periclitarentur
ad regalia monumēta accedens Antoni⁹ cultro se ipm
transfodit.Herodes ascalonita ob ortuꝫ christi pueris
in Bethleem necatis: & filiis ꝓpriis quāpluribus occi
sis:doloribus insectatus & uermibus:ultro gladio ani
mam a se eiecit.Vitellius imperator ab exercitu impe
rator creatus : gulositati & uoracitati deditus fuit pre
aliis:& cū multa impia ageret relictus a militibus ca
tenatus & incarceratus : Primo ligatis manibus post
tergum:ac collo laqueo iposito: ceno & luto ac sterco
ribus deturpatus: minutim a carnificibus spectāte po
pulo usqꝫ ad necem discerpt⁹ est:demuꝫ iniecto unco
in naribus tractus & in fluuium Tiberim est ꝓiectus.
Domitianus Cesar post multa mala cōmissa:a cubicu
lariis mādato senat⁹ interēptus est. Dioclitianus abie
cto imperio:timens a Constantino quem Cesarem fe
cerat sibi inferri mortē: ueneno se occidit.Maximian⁹
cum genero suo Cōstantino insidias pararet:opa Con
stantini trucidatus est.Iulianus apostata homagio fa-
cto diabolo:abnegata fide ex clerico factus impera-
tor:qđ per annū cuꝫ tenuisset:a sancto mercurio man
dato beate uirginis est occisus. Theodoricus subita
morte decedens : propter Ioannem papā & simacū pa
tricium quos occiderat:in ollaꝫ uulcani proiectus est.
Totilla flagelat⁹ tandē a deo:uitā cū dominio amisit.
Impatores romāi.uꝫ.Galba.Ottho.Comodus. Perti
nax.Helius.Iulianus.Cesar.Pescēnius.& Albinus Au
relius.Caracala.Marcus.Heliogabalus.Aureus. Ale-
xander.Maximus & Gordianus.Decius.Gallus. Ho
stilianus.Emilianus.Valerianus Galienus.Quintili⁹.
Aurelianus.Tacius.Florianus Probus.Carus.Nume
rianus.Galerius. Maxentius. Valens & sic de aliis.
Omnes uel a se uel ab aliis sunt trucidati.Multos omi
si de magnis mundi principibus: de regibus Caldeo-
rum Assirioꝝ Persarū. Medoꝝ Ethiopum egiptioruꝫ
Grecoꝝ.Ispanorum Galloꝝ & alioꝝ regnorum: qui
toto conatu strinxere mundū:quē ad uotū habere pu
tātes:& regno & uita caruerūt:ut de quibusdā osten-
dit Orosi⁹ in suis libris de ormesta mūdi. ¶Sed ecce
dum discurrimus per homines mūdi amatores: digni
tatibus uariis fulgentes. Nūquid id ipsuꝫ pꝫ in mulie
ribus quod euenit eisdem:Certe sic. nōne Semiramis
de qua est dictum regina Assirioꝝ uxor Nini uanita-
tibus mūdi dedita:a filio ob stuprū exanimata est. Di
do Cartaginēsiū Regina amore Enee ut docet Virgi
lius:ei⁹abscessu cultro se peremit.Phedra uxor The
sei regis Athenaꝝ icusato Ipolito Theseo : quod eā
uiolare temptasset:& occiso Ipolito a Theseo : Au-
dita ipsius ipoliti morte:& dolo reserato: gladio Ipo
liti se occidit.Iocasta uxor Lai Tebanorum regis:&
demū cōiūx Edippi filii sui:quo cognito Edippi gla-
dio quo laiū patrē occiderat se pemit. Atalia iudeo-
rum Regina post cedē omnis stirpis regalis:ut facili⁹
dominareť: dum regnasset ꝑ tēpore demū excerebra
ta est.Tulia Prisci Tarquinii regis Romāoꝝ filia:&
uxor Tarquinii superbi Romanoꝝ regis: crudelissi-
ma cum uiro ab urbe abiecta:infelicē uitā & finē ha-
buit.Olimpias Alexandri mater : cū post mortem filii
in nobiles debacareť:a Casandro qui Alexandruꝫ oc
ciderat:mortem impauida suscepit.Barsame uxor Da
rii & Rosanes filia Darii regis Persarum & uxor Ale
xandri Magni: incarcerate ab antipatro:a Cassandro
demum interfecte sunt.Tesalonice Aridei regis filia
& Cassandri uxor : ab antipatro filio nihil ualentib⁹
lachrimis est occisa.Cleopatre quattuor fuerūt:prima
filia Ptolomei epiphanes:& nupta Philomatori : phi
lomatore occiso:euergeti se tradidit. Cuius filiuꝫ ipso
die nuptiarum uir in eius gremio confodit: filiaꝫ susce
ptam ex ea stuprauit: & eam in coniugem: repudiata
uxore accepit.Cleopatra Alexandri Zebēne regis Si
rie primo uxor:Inde demetrii:tertio Antiochi Sirie re
gum occiso filio Seleuco causa dominādi: duꝫ Crispo
filio parat uenenū:id sumere ipsa est compulsa.Cleo-
patra altera uxor euergetis:a filio in exiliū acta & ne
cata est. Quarta cleopatra nō tradita uiro q̄ uolebat:
sed alteri uiro sororis:decisis manibus propter uulne-
ra multo sanguine fuso expirauit. Cleopatra alia fuit
regina egipti ꝑ Pompeiū Ptolomeo eius fratri nupta:
a quo postea ipse Pompeius fuit occisus. Hec primo
Ptolomeo: secundo Cesari stupro iuncta : ac filio ex
ea suscepto: quem Octauianus postea occidit. tertio
Marco Antoīo iūcta:cū post mortē ei⁹ Octauiāo sua
pulchritudine placere conareť & frustra : uidens se ꝓ
triumpho seruari:sepulchrum ingressa antonii:aper-
tis uenis & appositis serpentibus infelicē uitam ter-
minauit.Messallina uxor fuit claudii imperatoris:& si
formosa incredibilis fuit libidinis.Nam ut multos ha

beret: mutata ueste lupanaria adibat: sed tandem a uiro cōfodi est iussa. Agripina mater Neronis & uxor claudii Imperatoris: cuius factiōe nero adoptatus in filium claudii: & ad imperium sublimatus est. Quam Nero nudam ex palatio eiecit: precepto dato ut nullus eam reciperet. Deinde puteolis ut absorberetur in naui solubili posita: & uix liberata: apud baiolos misso decurione eam iussit occidi. Rosimunda filia turismundi regis gepidorum: & uxor albuini regis longobardorum: Que uirum fecit occidi ab emelchi: quem in uirum post mortem datā albuino suscepit. Sed post emelchi displicente eidem: cum eum ueneno occidere uellet: & nubere longino patricio: uenenū bibere ab emelchi coacta: ambo pariter sunt extincti. Brinchildis francorum regina: filia fuit leuicaldonis regis hispanie: & uxor sigilberti regis francorum: que accusata filio iam regnanti & iniuste: ligata ad pedes indomitorum equorum equis dimissis membratim ēst discerpta. Romulda uxor fuit gisulfi nepotis albuini Forliuii ducis: qui interfectus a Catano rege auarorum: Romulda uxor cum filiis in quodam castro se clausit. Quam catanus dum obsideret: uisus a romulda in pulchritudine armorū: immemor uiri recenter occisi: philocapta de eo ꝓmisit castrum reddere: si eā in suam uellet accipere uxorē. Quo ānuēte castro dato: omnibus filiis & filiab⁹ romulde occisis: eam catanus in uxorē accepit: & se fruendū ei per totā noctē concessit. Sed mane superueniēte acceptis catan⁹. xii. fortioribus de suis: eis successiue abutendam tradidit romuldā: quā diu cum illusissent: in locis genitalib⁹: coram omnibus romulde palum iussit infigi. Et sic cū palo per totum duci exercitū ad illudendum: que misera delusione & dolore exanimata est. Irene imperatrix post ambitionē dominii qua multa iproba comiserat: a nicephoro fratre deiecta: in lesbos insula misera senectute cōtabuit. Martesia cum sorore lampedia regina amazonū: post multas uictorias circūuente a Barbaris occise sunt: Pentesilea amazonū regina ob amorē Hectoris in bello troiano: multa fecit mira: sꝫ tādem a grecis est occisa. Hecuba troianoꝝ fuit regina. xix. inter filios & filias genuit: uiso excidio Troie interfectione filiorum filiarum & uiri in rabiem uersa apud tracios agros finiuit uitam. Polixena filia Priami incredibilis pulchritudinis: tandem post excidium Troie: a Pirro filio Achillis supra eius sepulchrum intrepida est iterfecta. Cassandra filia regis Priami captiua data Agamenoni: iterfecto a Cliteuestra agamenone: & ipsa necata est. Helena per cuius raptū a paride: Troia est destructa: infeliciter decessit. Cliteuestra carnaliter iuncta egisto: sua factiōe ab eodē Agamenon rex micenaꝝ uir suus est occisus. Sed post annos septem cū Egisto amasio: a filio Agamenonis horeste est truncata. Camilla uolscorum fuit regina que limites transcendēs femineos se armis dedit: & turno regi rutulorū dū fert opem contra Eneam: sagitta in māmilla percussa interiit. ophonisba Asdrubalis gisgonis filia: Siphacis numidie regis uxor: & d̄nū post eius mortem uxor masinisse: ne in manus Scipionis ueniret ueneno se necauit. Mariānes Hebrea filia aristoboli iudeoꝝ regis: Herodi regi iuncta in matrimoniū: cuius imago nō uidebatur mortalis sed celestis. Hec incusata uiro in eius mortē ordinasse iussa ē mori. Semiamira mater fuit eliogabali imperatoris: cui⁹ industria filius ad imperiū est sublimatus: cum filio & ipsa interfecta est. Niobe tantali frigiorū regis filia: & uxor Amphionis tebanoꝝ regis: septē filios & totidem filias habuit ex marito. Hec letali morbo filios oēs amisit. Vir eius orbus effectus se proprio occidit gladio. Ipsa uero dolore quasi lapis est effecta. Sabina Pompeia inuise formositatis fuit. Hec tamen a nerone Imperatore suscepta coniugio: cuius factiōe nero occidit matrem: filiam claudii Octauiam in exiliū destinauit: Demū ipsa secūdo pregnans calce a Nerone percussa diem clausit extremū: De multis aliis ꝑbis mulieribus exempla ad ꝓpositū possunt adduci: sed sufficiant premissa: quia idem iudicium est & de aliis. Quia ergo mundus suis amatoribus falacissim⁹ reperitur & deceptorius. Debet a prudente derelinqui. ut patet in predictis quos decepit. Sic ergo apparet quid fuerūt. Sed quid sūt patet: quia morte uiolenta omnes exterminati sunt. Et quia ueram non habuerunt sapientiam: perierūt ꝓpter suā insipientiā. Baruch. iii. Sed ubi queso sunt quos ambiebat ciuiū multitudo: Custodiebant satellitum turme: quos timebat orbis: quibus fiebant applausus & festa preclara: quibus superi inferi & omnia ad nutum uidebant parere. Non ne in paucis uersibus uite eorum memoria ē? Vide sepulchra: & discerne si potes quis seruus: qs d̄ns: quis pauper: quis diues: Discerne uinctū a rege: debilem a forti: & pulchrū a deformi. Amatores isti huius mundi comederūt biberunt riserūt duxerunt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descenderūt. Hic caro eorum uermibus datur: & illic anime eorū sempiternis deputant incendiis. Nec imerito quia celestia non inquisierūt sed terrena: digne terrenis perpetuo submerguntur. ¶ Quinto ad mundi contēptū inducunt despicientiā ipsum exaltatio & diuulgatio. Considera diligēter q̄ diuulgantur per orbē qui mundum contēpserunt. Patet primo in Apostolis: quorum sonus in orbem terraꝝ exiuit. In sanctis aliis tā martiribus. uꝫ. Laurentio & sic de aliis: qui oīa pauperibus dederunt: quā confessoribus. uꝫ. Antonio Ilarione Machario & aliis patribus. Patet in beato Benedicto: btō Francisco & sic de aliis: quorū noīa uiuent in secula. Vide quā solēniter taliū a fidelib⁹ memoria colitur: non in uno loco solum sed per orbem. Fit ne sic pro imperatoribus regibus & aliis principib⁹ mūdū diligētibus? Certe nō: quia periit memoria eoꝝ cum sonitu: ac si nunquā fuissent in mundo. Hodie nō nominātur: Imo q̄ maius est de multis iperatoribus: ubi iacent eorum cineres minime inuenitur. Sancti uero mundū relinquētes nominant: predicantur eorum facta: & cum sūma deuotione uisitant eorū sepulchra. Et quare? quia corpora eoꝝ in pace sepulta sunt: & in memoria eterna erit iustus. Ad habendū famam & laudem pħi oēs sunt conati: sicut & antiqui romani.

Hoc fine illi studuerūt: & alii pugnauerūt. Comparetur Petrus ad principes quoscūq3 mundi. Petrus piscator & uilis mundū contēnens tanta est gratia repletus: ut eius umbra infirmos curaret. Quis principū hui⁹ mūdi hanc habuit uirtutē? Certe nullus: Petrus suscitabat mortuos: sed mundi principes mortificauerūt uiuentes. Ecce Petr⁹ gaudet in inumeris ecclesiis: & magnus Alexander Octauianus: & Iulius in incognitis & uix in imis reconditi manēt locis. Et sicut dictū est de apostolo Petro: sic & de aliis sanctis est dicendu3. Quare hoc inspecto: ad mundū abdicandū uir prudens debet animari. ¶ Sexto ad mundi contēptū inducit premiorū quātitas excellētia & remuneratio ac expectatio. Quid expectant mūdi amatores nisi mortem utriusq3 hominis? horu3 enim finis mors est: & gloria in confusione qui terrena sapiūt. Ro. viii. Sed mundi contēptores quid expectant? Certe uitā eternam possidebūt. Mat. xix. Quātū est pmiū? Certe maximum. Si quelibet stella uisu notabilis est maior tota terra: & qtū est pmiū repositu3 supra stellas & supra celum stellatū? Certe dicit Iesus. Math. xix. Centuplum accipiet. Tantū est pmiū beatorū & contēnētiu3 mundū dei amore: quantū est ipse deus qui ē infinitus. Sed quale est hoc pmiū? Certe ut dicit Isa. & Aplūs. Nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit: que pparauit de⁹ diligētibus se. Nolimus ergo frēs p modica terra: amittere stellā q̄ maior est tota terra: & cōsequēter sūmū bonū q est mai⁹ oībus stellis: & oībus insimul creatis. Cogitem⁹ ergo quāto gaudio & gloria aīe in celis pfruant: quorū corpora hic sic miraculis coruscāt: & uenerant: taliū eni3 reliquie cū reuerētia tenent: & p magno munere habent. Quod oppositū euenit in mūdi delectatoribus: quorū corpora uermib⁹ & reliquie canib⁹ ad corrodendū tradunt. Quid fit per demones eorū aīabus in inferis: quorū reliquie sic tractantur in terris? Propter pdicta & alia plura ad ppositu3 deduci possibilia: & nostri saluatoris exēplū: mundū & si nō corpore saltē mēte totalr abiiciamus & deseramus. Nos ipsos abnegemus que retro sunt dimittētes: ad celestia appetenda toto corde simus anhelantes: ut tādē iuxta saluatoris dictū ubi est thesaur⁹ noster: ibi sit & cor nr̄3. Sic ergo apparet tā dictis: xp̄i abiectio & p ip3 mūdi cōtēpt⁹: & ōnr ē declarata prima pars isti⁹ fruct⁹. u3. Iesus abiectus cernitur. Et quomodo habeat intelligi & declarari.

¶ Secunda pars sexti fructus & conformitatis. s. Frāciscus separatur. Expositio.



Secunda pars hui⁹ sexti fructus & cōformitatis ē Frāciscus separatur: que pars dupliciter pōt intelligi. u3. primo ut intelligat Franciscus separat. s. a seipso p sui perfectā abnegationē. Alio modo Franciscus separat. u3. a mūdo per abdicationem. Et iuxta duplicē intelligentiam pfatam. Hec pars duplr exponet. Primo de beati Francisci abnegatione & abiectione. Et secūdo de abdicatione mundi ab eodē. Iuxta primū intellectum exponēdo istam partē Franciscus separat. est sciēdum q btūs Franciscus se abiecerit & abnegauerit pfecte xii. declarant. ¶ Primu3 est mendicatio: ut. n. habet in legēda triū sociorū. Btūs Frāciscus in habitu seculari existēs: ad uisitādū limina Aplorū romā adiit. Et itrās beati Petri ecclesiam: considerans aliorū oblatiōes q modice essent & indecētes tanto principi Apostolorū: in feriore spūs manū ponēs ad bursam plena3 denariis: traxit: eosq3 per fenestrā altaris piciens tantū sonum fecit: q de tam magnifica oblatiōe: oēs astantes sunt plurimū admirati. Exiens portas ecclesie aiatus ad sui cōtēptū: & xp̄i pauperis amore3 qui elemosinā petiit: cum uidisset multitudinē pauperū nō despexit eorum cōsortiū: sed dilexit. Nā acceptis secreto cuiusdam pauperis pāniculis & suis depositis: in gradibus stans ecclesie cū aliis pauperib⁹: galice & si non bene sciret linguā elemosinā postulauit: & cū sic fecisset & per spaciū stetisset: depositis dictis pāniculis: & ppriis reassumptis: deuenit assisium. Quo pueniens: cū iam mūdo cora3 episcopo abrenūciasset: id qd ceperat rome postea habitu religiōis assumpto seruauit: semper u3. libētissime p sui abiectione & xp̄i imitatiōe p elemosina eundo. In principio cum frēs habere cepisset: parcens illorū uerecūdie & honorās eos: solus quottidie ibat p elemosina. Cūq3 ex hoc multu3 fatigaret. quia debilis erat cōplexione & abstinētia: nec posset tantū laborē sustinere. Et sciēs fratres ad sui abiectionē uocatos: & si ipsi mundū plene intelligerēt. dixit. b. Frācisc⁹ ad eos: charissimi fratres & filioli mei nolite uerecūdari ire p elemosina. quia dn̄s p nobis se fecit pauperē in hoc mūdo. Hec. n. est hereditas nostra quā acquisiuit: & reliquit nobis dn̄s Iesus xp̄us: & oibus qui suo exemplo uolūt uiuere in sancta pauptate: cuius exēplo elegimus uiā uerissime pauptatis. In ueritate dico uobis q multi ex nobiliorib⁹ & sapiētioribus huius seculi uenient ad istā congregationē: & pro magno honore & gratia habebunt ire p elemosina. Ite ergo confidenter & aīo gaudenti p elemosina cū bn̄dictione dei. Et magis libere & gaudēter debetis ire pro elemosina: quā ille qui de una numata afferret centum denarios: qui offeretis pillis amorem dei a quibus petetis elemosinam. dicētes. Amore dei facite nobis elemosinā: cuius cōparatiōe nihil est celū & terra. Quibus uerbis accensi frēs: cū magna alacritate iuerunt per loca adiacentia p elemosina. Et elemosinas quas inuenerāt cu3 magno gaudio ostēdebāt btō Frācisco. Et dicebat unus alteri: Ego plus de elemosina: acquisiui q̄ tu. Vnde btūs Franciscus gauisus ē nimis. Cernēs eos ita ilares & iocūdos: Et ex tunc quilibet libēter petebat licētiam eundi p elemosina. Btūs Frāciscus lic3 uellet frēs ire p elemosina: tm̄ pro die uno & non pro alio uolebat ipsam elemosinā a fratrib⁹ haberi: ne fieret contra euangeliū dicens nolite solliciti esse de crastino. Et qd fratres deberēt ire p elemosina in regula antiqua sic posuit btūs Frāciscus dicens.

que declarāt. b. F. se pfecte abnegasse.

Oēs frēs studeant sequi humilitatē & pauptatē dñi nostri Iesu xpi. Et recordentur ꝙ nihil aliud oportet nos habere de toto mūdo: nisi sicut dicit Apl's hñtes alimēta & quibus tegamur his cōtenti simus. Et debent gaudere qñ cōuersantur inter uiles & despectas personas: iter paupes & debiles infirmos & leprosos & iuxta uiam mendicātes. & cum nec̄e fuerit uadant pro elemosinis. & nō uerecūdent. quia xps fuit ꝑ elemosina & Maria. Et magis recordent ꝙ dñs noster Iesus xps fili⁹ dei uiui oīpotētis posuit faciē suam ut petraꝫ durissimā: nec uerecūdatus fuit: & fuit pauper & hospes: & uixit de elemosinis ipse & btā uirgo & discipuli eius. Et quādo facerēt eis homines uerecūdiā: & nolēt eis dare elemosinā: referāt inde gratias deo: quia de uerecūdiis recipient magnū honorē ante tribunal dñi Iesu xpi. Et sciant ꝙ uerecūdia nō patiētibus sed inferētibus iputat. Et elemosina est hereditas & iustitia que debet paupibus: quā nobis acquisiuit dñs noster Iesus xps. Et frēs qui eam acquirēdo laborant: magnā mercedē habebūt: & faciēt lucrari & acquirere tribuētes. Omnia. n. que homies relinquēt in mūdo peribūt: sed de charitate & de elemosinis quas fecerūt hēbunt pmiū. Et in regula noua dicit. Quod frēs uadant pro elemosina cōfidenter: nec oꝫ eos uerecūdari: quia dñs ꝑ nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Cuius pceptis frēs antequā essent multiplicati p omnia intēdētes: & iam multiplicati cum irēt p mundū pdicando: & inuitarent ab aliquo quātūcūqꝫ nobili & diuite ut comederent apud ipm & hospitarent: semp hora comestionis anteq̄ irent ad euꝫ ibant ꝑ elemosina prius ꝑpter bonū exēplum & dignitatē dñe pauptatis. Btūs ēt Frāciscus dicebat his qui inuitabant eū. Ego nolo dimittere dignitatē meā regalem: & hereditatē ac ꝓfessionē meam & fratrū meoruꝫ. uꝫ. ire ꝑ elemosina hostiatim. Et aliquādo ibat cū eo qui eum inuitauerat: & elemosinas quas btūs Frāciscus acquirebat accipiebat: & ꝑ reliquiis cōseruabat. Inuitatus semel a dño Hostiensi iuit prius ꝑ elemosina hostiatim. Et cū esset reuersus: iam dñs Hostieñ intrauerat ad mensam cū multis militibus & nobilibus. Accedens btūs Franciscus: illas elemosinas super mensam posuit coram dño cardinali quas inuenerat: & intrauit ad mensam iuxta ipm. Et uerecūdatus fuit inde aliquantulū dñs cardinalis: eo ꝙ iuerat pro elemosinis & posuerat eas sup mensaꝫ: sed nihil ei dixit tunc ꝑpter recūbentes. Cūqꝫ btūs Franciscus comedisset aliquātulū: accepit de suis elemosinis: & cuilibet militi & capellanis dñi cardinalis misit paꝝ ex parte dñi dei. Qui oēs cuꝫ magna reuerētia & deuotione accipiebant: extrahentes caputia & infulas: & alii comedebant: & alii reponebant ꝑpter eius deuotionē. Ex hoc gauisus ē dñs cardinalis uidens illoruꝫ deuotionē: & maxime quia ille nō erant de frumēto. Sumpto prandio dñs cardinalis uocauit btm̄ Franciscum: & dixit ei. Quare mihi fecisti uerecūdiam: ueniēdo ad mensam meam iuisti ꝑ elemosina? Respondit btūs Franciscus: Imo dñe uobis magnum honorem exhibui: dum maiorē dñm honoraui. Me oꝫ eē formam & exemplū fratrum meoꝝ: maxime quia scio ꝙ multi in hac fratrū religione: sunt & erunt frēs minores noie & ope: qui ꝑpter amorē dñi dei & spūs sancti unctione que docebit eos: de oībus humiliabunt ad humilitatē oēm & subiectionē & seruitium fratrū suorum. Sunt ēt & erūt de illis qui aut uerecūdia detenti aut ꝑpter malū usum dedignant & dedignabuntur se humiliare & inclinare ad eūdū ꝑ elemosinis: & facere alia opera seruilia. Propter qd' oꝫ me ope docere eos qui sunt & erūt in religione: ut in hoc seculo & in futuro sint inexcusabiles coram deo. Existēs ergo apud uos & alios nolo uerecūdari ire ꝑ elemosinis: Imo uolo hoc habere & tenere scd̄m deum ꝑ magna nobilitate & dignitate regali: atqꝫ honore ipsius qui cum esset dñs oīum: p o nobis fieri uoluit seruus omnium: & cum esset diues & gloriosus in maiestate sua: uenit pauper & despectus in humanitate nostra. Vnde uolo ꝙ fratres sciant: qui sunt & qui erūt: ꝙ ꝑ maiori consolatiōe anime & corporis habeo: qñ sedeo ad mensam pauperū fratrū: uideoqꝫ ante me pauperculas elemosinas que acquirunt hostiatim amore domini dei: quā cum sedeo ad mensam uestrā & aliorum dominoꝝ diuersis ferculis pparatā. Panis eni elemosine est panis sanct⁹ quē sanctificat laus & amor dei. Quoniā cum frater uadit ꝑ elemosina: prius debet dicere. Laudatus & bñdictus sit dñs de⁹: postea debet dicere facite nobis elemosinam amore domini dei. De quibus uerbis dñs cardinalis fuit ualde edificatus: & dixit illi: fili mi q d bonū est in oculis tuis facias: qm̄ dñs tecum est & tu cum ipso. Voluntas fuit bti Francisci: sic ipe multotiens dixit ꝙ frater nō deberet diu stare ꝙ nō iret ꝑ elemosina: ꝑpter merituꝫ magnū: & ne uerecūdaret postea ire. Nā semel cuidā fratri uenienti ab elemosina de assisio & alta uoce deum laudanti: obuiā ei iuit & tascā de collo accepit: prius eius collo osculato. Sic ergo btūs Francisc⁹ & prius eius collo osculato...

modus petendi elemosinam.

uidere talia consueuerat. Tandē uincens seipsum cē pit comedere: & uisū est illi ꝙ in comedēdo aliquod electuariū: nunquā fuerit sic delectatus. Proinde tantum cor eius exultauit in dn̄o: qđ caro ipsi⁹ licet debilis & afflicta: corroborata est ad quecūq₃ aspera & amara letanter pro domino tollerāda. Gratias insup egit deo: ꝙ amarū sibi in dulce cōuerterat: & eū multipliciter confortarat. Dixit ergo illi sacerdoti ꝙ de cetero pro se aliqua cibaria nō faceret: nec fieri ꝓcuraret. Ecce uilipensio btī Frācisci & sui abiectio. ¶ Tertio btūs Franciscus ostēdit sui abnegatione₃ leprosis seruiendo. Nā postquā xp̄s eidem dixit oranti: Frācisce omnia que carnalr̄ dilexisti & hēre desiderasti: o₃ te cōtēnere & odire: si meā uis agnoscere uoluntate₃. Quod postquā inceperis facere: que tibi prius suauia & dulcia uidebant̄: erunt importabilia tibi & amara: atq₃ in his que pri⁹ horrebas: hauries magnā dulcedinem & suauitatē imensam: & cum ipsi btō Frācisco uidere leprosos esset horribile. die quadam dū equitaret: leprosum quēdā habuit obuiu₃: & uim sibiipsi faciens de equo descēdens obtulit ei denariū: osculans sibi manum: & accepto osculo pacis ab ipso: reascendit equū. Et exinde cepit magis ac magis seip̄m contēnere: donec ad sui uictoriam pfecte dei gr̄a peruenirēt. Post paucos dies assumēs magnā pecuniā: ad hospitale leprosorū accessit. Et congregās oēs simul dedit singulis elemosinam: osculans sibi manum. Et sic que erant sibi prius amara. s. de uisione & cohabitatione leprosorū: facta sunt ei dulcissima. Et hec cum esset in habitu seculari. Mundo uero abrenūciato: ut dicit dn̄s fr̄ Bonauētura in secūda parte legēde maioris coram ep̄o ad leprosos totius humilitatis amator se transtulit: eratq₃ cum eis diligētissime seruiens eis. Propter qđ lauabat ipsoꝝ pedes: ligabat ulcera: educebat plagarū putredinē: & sanie₃ abstergebat. Inauditi quoq₃ feruoris excessu: ulceroſaꝝ plagaru₃ ruebat in oscula: os suū ponens in puluere: ut saturatus opprobriis: carnis supercilium legi spūs potestatiue subiceret: suiq₃ dn̄ium hoste subacto domestico pacifice possideret. Quā uero fuerit leprosorū amic⁹ & medicus: & frēs uoluerit eē: quia infra fructu. xvii. & cōformitate plenius dicet: hec sufficiant ꝓ probatione tertia abnegationis sue. ¶ Quarto btūs Frācisc⁹ ostēdit sui abiectionē ꝓ reparatione ecclesie sancti Damiani deuotissime mendicatiōi insistendo. Cū. n. a crucifixo existente in ecclesia p̄fata dum oraret mandatum accepisset: ut tunc btūs Franciscus intellexit: ꝙ ipsam ecclesiam repararet: que nimiā minabat̄ ruinā: & idem btūs Francisc⁹ ꝓrimus multis uenditis: ꝓ ei⁹ reparatiōe sacerdoti ecclesie pecuniā obtulisset: qua₃ sacerdos ob timorē parētū accipe dum nollet: eā beatus Franciscus in quādam ecclesie fenestrā uelut puluerem abiectā uilipendit: quā pater postea inueniēs asportauit: abdicatis omnib⁹ que sūt mūdi: operi dicte ecclesie totum se dedit. Vnde ciuitatē ingrediens: omni uerecūdia postposita tanquā ebrius spū per uicos & plateas cepit dn̄m collaudare. Qua laudatiōe cōpleta: ad acquirēdos lapides cepit intēdere: dicens qui mihi dederit unū lapidē hēbit unam mercedem: qui duos duas: q tres tres. & sic dicebat de aliis. Quidam eum audiētes ip̄m insanū putabāt: & deridebat eum. Alii uero cōmoti mouebant̄ ad lachrimas: uidētes eum de tanta lasciuia & seculi uanitate: ad tanta₃ ebrietatē spūs & diuini amoris tā cito uenisse. At ipse abiector sui derisiones cōtēnens in spūs feruore gratias deo referebat. In opere dicte ecclesie multū laborauit: corpus suū confectu₃ ieiuniis supponēdo oneribus lapidum: & nō solū cum sui derisione & abnegatione sancti Damiani mendicādo repauit ecclesiā: sed beati Petri & uirginis gloriose. Quibus cōsideratis btm̄ Franciscu₃ se abnegasse apparet euidēter. ¶ Quinto ostēdit btūs Franciscus se abnegasse habitu abiectissimo & uilissimo se induēdo. Btūs enī Franciscus mundo abnegato cū nudasset se coram ep̄o patre & aliis: & nihil sibi reseruasset: sed patri oia tradidisset: oblatus est ei quidā mātellus paup & uilis cuiusdam rustici ep̄o seruiētis: de quo ipse tunicam sibi formauit: cum cemēto in modū crucis & paupis crucifixi. Quā tunicā siue habitum: per duos ānos i modum hois heremite portauit. Tandem audito euangelio: cum corrigiā baculum peram & cetera alia ad modum Ap̄loꝝ abiecisset. Tūc fecit sibi tunicā ualde contētibilem & incultā. Nam in uilitate tunice & contētibilitate: ut fructus dicit. xvi. & conformitas: nullus eū quātūcūq₃ paup mendicus & despect⁹ excessit. Homo apparebat in pauptate paruitate habitus & uilitate alterius seculi: & sic uoluit idip̄m frēs peragere. Vnde mandauit in regula ꝙ frēs oēs uestimentis uilibus iduant̄: Ad quid? Certe ad sui contētū & obseruantiā sancte pauptatis. ¶ Sexto btūs Franciscus ostēdit se abiecisse diuina consilia suo in oibus ꝑponendo. Quādo frater Bernardus tūc uocat⁹ dn̄s Bernardus de quintaualle: uoluit btm̄ Frācisců sequi & mundū relinquere: & id dixisset beato Francisco: Btūs Frāciscus dixit quod super hec dei cōsiliu₃ erat querendū. Et tūc ecclesiā sancti Nicolai iuxta plateā ciuitatis assisii intrātes: orōni pri⁹ insistētes: finita oratione btūs Franciscus missale clausum accipiēs aperuit: & in prima apertiōe occurrit illud dn̄i consiliu₃. Si uis perfectus esse uade & uende oia &c. Sed quia cultor ipse trinitatis trino testimonio uoluit confirmari: secūdo & tertio librū aperiens: In secūda apertiōe: occurrit illud. Nihil tuleritis in uia &c. In tertia apertione occurrit illud. Qui uult uenire post me: abneget semetip̄m &c. Quo cōperto: btūs Franciscus consilio dn̄i p oia acquiescēs: ait p̄fato dn̄o: hec est uita & regula nr̄a & oium qui uoluerint nr̄e societati cōiungi. Sic ēt secularis dum esset: solū a deo eius uoluntatem supplicabat ostendi: qđ ip̄m uellet peragere. uoluntatem diuinam sue ꝑposuit: quādo uoluit scire an inter homines cōuersari deberet uel ad loca solitaria pergere. Sic ēt quādo ad p̄dicandū accessit: diuinam sue ꝑposuit uoluntatē. Et quia diuine uoluntati se in oibus subdidit: Beati Francisci uoluntati deus per oia acquieuit. Nihil ab eo aliquando petiit: ꝙ non obtinuerit: ut p₃ eius legendam aspicientib⁹. ¶ Septimo

Btūs Franciscus ostendit se abnegasse: oēȝ laudē declinando. Nam cum beatificaret̄ ab hoībus: dicebat filios & filias adhuc hēre possem: nolite me laudare ut sanctū. Nemo laudandus cuius incertus est exitus: & sibi ipsi dicebat. Latroni si tanta cōtulisset altissimus: gratior te foret Francisce. Fratrib⁹ sepe dicebat. De omni eo quod peccator pōt: nemo debet sibi iniquo applausu blandiri. Peccator aūt ieiunare pōt: orare: plangere: carnē ꝓpriam macerare. Hoc solum non pōt dño. s. suo esse fidelis. In hoc itaqȝ gloriandum si suam dño gloriam reddimus: si fideliter seruiētes: ipsi quicquid donat ascribimus. In ciuitate Iterāni dum predicasset populo in platea: & eps affuisset: post ṗdicationeȝ cū epus dixisset populo ꝙ dñm deū laudare debebant: quia per ora simpliciū eos sic informabat: exhilarat⁹ btūs Frāciscus ꝓiectus ad pedes epi: regratiatur eidem dicens: ꝙ ipse solus sciuit separare nobilissimū a uilissimo: quia nō sibi sed deo attribuit ṗdicationis gloriā & honorē. ℭ Octauo ostēdit beati Francisci abiectionē: iniuriaꝝ & quo ad uerba & uerbera susceptio: de quibus dictū est fructu ṗcedēti & conformitate. In iniuriis delectabat̄ dicēs ꝙ talia audire decebat filiuȝ Petri Bernardonis. Imo dicebat de se fratribus quādo persuaserāt dño Hostieñ: ut diceret btō Francisco ꝙ ipse cōsilia sapientū fratrū sequeretur: quia sic docēt regule Augustini Bñdicti & Bernardi. Et cardinalis dixisset hec Btō Francisco. Btūs Franciscus nihil respōdendo duxit euȝ per manus ad frēs dicens. Frēs mei frēs mei deus uocauit me ꝑ uiā simplicitatis & humilitatis: & hanc uiaȝ ostēdit mihi in ueritate ꝓ me & ꝓ illis qui uolunt mihi credere & me imitari. Et ideo nolo ꝙ nominetis mihi aliā regulam ṗter illam que mihi a dño misericorditer est ostēsa & donata. Et dixit mihi dñs ꝙ uolebat me eē unū fatuellū in hoc mundo: & noluit uos ducere per aliaȝ uiam quā per istam sciam. Sed per uestrā sapientiā & uestrā sciam deus uos cōfundet. Fatuū ergo seipm dixit: ut uere seipm abiecisse declararet. ℭ Nono ostendit btūs Franciscus se abnegasse: nō de se alta sentire: sed per oppositū altitudinē declinare oīo. Cum. n. uas esset uirtutis & gratie: se maximū ꝓfitebat̄ peccatorem. Sed quid de seipso sentiret frater Pacificus eius tunc socius fuit expertus. Cū. n. Btm̄ Franciscū dimisisset: eius iussu de sero: & ipse btūs Frāciscus in ecclesia remansisset sancti Petri de Bouario iuxta castrum triui: per totam noctē ibi pugnas horribiles demonū sensit. Mane aūt ad euȝ frater pacificus reuersus: inuenit Btm̄ Franciscū ante altare orantē. Cūqȝ & ipse se orationi dedisset: & feruētissime oraret: eleuatus ē & raptus in celum siue in corpore siue extra corpus solus deus nouit. Et uidit in celo multas sedes: inter q̄s uidit unā eminentiorē aliis atqȝ pre oībus gloriosius fulgentē: & ornatam omni lapide ṗcioso. Et admirās eius pulchritudineȝ cepit cogitare cuius eēt. Et statiȝ uocē audiuit dicentē sibi. Hec sedes fuit luciferi: & loco eius sedebit humilis Franciscus. Et in se reuersus statim btūs Franciscus ad eum exiuit. Cūqȝ per uiam de deo loquerent̄: Frater pacificus uisiōis memor: incepit inquirere. A btō Frācisco quid de seipo sentiret. Cui btūs Franciscus uideor ait mihi eē maximus peccatoꝝ. Et cū socius diceret ꝙ salua cōsciā illud dicere nō poterat nec sentire. Subiūxit btūs Frācisc⁹. Si q̄tūcūqȝ sceleratū hoiem: tanta fuisset xp̄us misericordia ꝓsecut⁹: Arbitror sane quod multo plus quā ego deo gratior esset. Sicqȝ frater ṗdictus de bti Francisci reputatione & abnegatiōe informatus extitit. Et quia de se alta noluit scire: in conspectu suo & oīum ipsum Btm̄ Franciscū magnificauit deus: quia btm̄ se reputabat: qui posset eum tangere. Vt patuit quādo per burgum sancti Sepulchri transiuit. Qui eum posset tenere: ut patuit de dño cardiali leone. Qui eū posset alloqui: sicut patuit de dño orlando: qui dedit ei sacrum montē aluerne: de quibus omnibus inferius dicetur ī suis locis extense. ℭ Decimo beati Francisci abnegationē ostēdit aliorum obediētie subiectio. Ipse. n. offīcio cessit generalat⁹: & frater Petrus catanei ē fact⁹. Vnū ex sociis petiuit sibi guardianū dari: cui usqȝ ad mortem in omnibus obediuit. Solitus ēt erat socio itineris quātūcūqȝ modico obedientiā ꝓmittere & seruare. Et dicebat ut suam uerā abnegationē fratribus ostēderet. Hanc grām mihi dñs contulit: ꝙ ita diligēter nouitio unius diei obedirem si mihi guardian⁹ daretur: sicut antiquissimo & discretissimo fratri. Subditus inquit prelatū suum nō hoiem considerare debet: sed eū pro cuius amore est subdit⁹ & subiect⁹. Quāto aūt contētibilior ṗsidet: tāto magis humilitas obedientis deo placet. Hanc obedientiā btūs Frācisc⁹ uoluit in se experiri: ut nullum tempus sine merito & lucro trāsiret: & sui abiectionē cūctis ostēderet. ℭ Vndecimo btm̄ Franciscū seipm contēsisse ostēdit defectuum suoꝝ publicatio. Ipse. n. btūs Franciscus uirtutes & gratias in sui pectoris abscōdebat archano: nisi quātū diuinus instinctus ad reuelanduȝ induceret: aut zelus fraterne salutis. Defectus etiā suos publice oībus dicebat: abnegato mūdo dum semel iret per assisium querēdo oleum pro lampade ecclesie sc̄ti Damiani: quā renouauerat: & ad locum uenisset ubi erat hoīum multitudo: uerecūdatus fuit elemosinā petere. Ad se tandē reuersus ad dictū locum accessit: dicēs coram astantibus culpam suā: quomodo ꝓpter eos uerecundatus fuerat elemosinam petere. Petiit ergo: & ad ipsum locū pre aliis sepius iuit. dederat semel mantellum uni uetule dum per ciuitatē iret assisii: & uanā gloriam habuit. Statim se sequentib⁹ ꝓdidit: quomō uanā gloriā habuerat dando mantellū. In hoc totum fuit suum studium: ut nec coram deo nec corā hoibus hipocrita inueniretur. Incusauit se semel chorda posita ad collum & nudus populo assisinati: quomō sanctus nō erat: quia in ifirmitate sua comederat carnes & brodium conditū. Sic ēt in publica predicatione in quodam heremitorio se populo incusauit: qa in quadragesima sancti Martini comederat cibaria condita cuȝ lardo: hec & alia similia referādo: latētes defect⁹ btūs Franciscus manifestabat: ut se ueraciter cōtēneret & abnegaret. ℭ Duodecimo omnis uirtutis & boni xp̄o attributio. Hoc btō Francisco displicebat si ali

nota tu o ṗdicator & disce hūiliari.

quid perfectionis sibi attribueret: & tunc gaudebat quādo deo. Et ideo dicebat ipse btūs Frāciscus. Sicut enim in picturis dñi & beate uirginis in ligno depictis: honorat dñs & beata uirgo: & tñ lignuȝ uel pictura sibi nihil attribuunt: sic seruus dei: Quedā ē enī pictura dei: in qua deus honorat ꝓpter bñficiū suuȝ: sed ipse sibi nihil debet attribuere: quia respectu dei minus est quā lignū uel pictura. Imo ē purū nihil. Et ideo soli deo honor & gloria est reddēda. Sibi aūt solūmodo uerecūdia & tribulatio: dum uiuit inter miserias hui⁹ mūdi. Quod. n. referret in xp̄m patuit in cantilena quā ordinauit de laudibus creatoris & per creaturas: quā uocabat canticū fratris sol. Vbi ostendit ꝙ oīa deo sunt tribuenda. Patuit ēt quodā facto ab ipso cantico. Ipse. n. btūs Franciscus cū ꝓpter suam sanctitatem honoraret multū a populo: & non solū osculabantur eius manus imo & pedes: nec talem reuerentiam renueret: socius de hoc scandalizat⁹ dixit ad eū. Frater nō uides & nō attendis qđ tu facis? Naȝ hoīes te tātū honorāt: & tu talia nō renuis: Imo in eis uideris cōplacere. Respōdit btūs Frāciscus dicēs. Isti homines nihil faciūt de reuerentia respectu eius ꝙ debent facere. Quod socius audiens fuit magis turbat⁹ Cui btūs Franciscus dixit. Frater uide: totaȝ istā reuerentiam que mihi fit: nō mihi approprio sed ip̄am totam ad deum remitto: & me ip̄m cōseruo in fece mee humilitatis: & totū honorē reddo deo. Homines aūt ex hoc lucrant. quia deum recognoscūt & honorāt in sua creatura & in mēbris. Quo audito frater edificatus remansit. Et quia btūs Franciscus oīa a deo eē tenebat & cognoscebat: ideo oīa ad ip̄ȝ referebat: ut dicit dñs frater Bonauētura in decima parte legēde. de omnibus sibi scalaȝ faciebat: donec ad ip̄m ꝑueniret: qui est totus desiderabilis. Et quia deum in oībus cognoscebat ip̄m in oībus possidebat laudabat & glorificandum censebat: & ipsi soli sit honor & gloria oīs. prout in prima regula. cap. xxiii. Et ponit ifra fructu xii. & conformitate in caplō de diligendo deuȝ. Vide ibi. Ipse btūs Franciscus fiendū fratribus & esse mandabat. Sic ergo. xii. p̄fatis modis pȝ btm̄ Franciscum se ad instar xp̄i abiecisse funditus & abnegasse: prout prima pars expositionis exigebat. dicens. Francisc⁹ separatur. uȝ. a seipso per sui contēptū & despectioneȝ. De hac materia multa & plura hēs ifra fructu. xvii. & conformitate ubi de hūilitate tractatur bti Francisci: & spāliter in responsione ipsius bti Francisci facta fratri masseo eius socio dicenti b. Francisco: unde sibi ꝙ totus mundus iret post ip̄m & cetera: uide ibi. Sic ergo btūs Franciscus ipleuit consilium ꝙ in tertia libri apertione repitur. uȝ. siquis uult uenire post me abneget semetip̄m &c. Declarato ergo quomō itelligit uno modo. Franciscus separat. Declarādū ē quomodo intelligit secūdo modo de separatiōe ipsius bti Francisci a mūdo: & licȝ infra fructu & conformitate. xvi. plene dicatur. de hoc ostēdo. b. Franciscū paupertatē pre oībus dilexisse. Attñ succincte ē hoc ostēdendū. Et lȝ pars hec pateat ex dictis in prima expositione p̄missa: sicut dictū ē de xp̄o: qa nō stat aliqueȝ ꝑfecte se abnegare & mūdū diligere: lȝ nō ē cōtrario: tñ. b. Franciscū mūdū totaliter abdicasse plura ostendunt. ¶ Primū est diuitiaꝝ despectio. Factus. n. frater & post mūdi abrenunciationē coram epō: lȝ omnē pecuniā ut diabolum horruerit: tñ secularis existēs & mercator: nō sperauit in pecunia & thesauris: Imo liberalis fuit naturalr̄ & dispensator erat uanissim⁹. unde sociis & aliis curialissimus fuit: cenas & prādia & talia huiusmodi faciēdo: prout dicit legenda triū sociorum. Et adeo fuit liberalis: ꝙ faciebat & expēdebat ultra suam facultatē: ac de sua liberalitate per totam uallem spoletanā rumor exiuerat. Veꝝ cum hec fecisset aliqñ ꝓ mūdi fama: a dño respect⁹ ad semetip̄m conuersus ait. Ex quo largus & curialis es apud homines a quibus nihil recipis nisi fauorē transitoriū & inanē: iustum est ut ꝓpter deum qui largissimus ē in retribuēdo sis largus & curialis paupibus. Ex tūc ꝓposuit omni petenti si possibilitas afforet ꝓ amore dñi tribuere: maxime si diuinuȝ allegaret amorē: qđ usqȝ ad mortē seruare non destitit. Et quia oēs mundani diligunt munera. Isa. i. Hoc fuit signum in beato Francisco ꝙ mūdum contēsit: quia ip̄ȝ nō dilexit. Nō ne btūs Franciscus cū pro reparatione ecclesie sancti Damiani sacerdoti pecuniā obtulisset & ille nō accepisset: in quandā fenestram ꝓiecit ut puluerē uilipendendo? ¶ Scd̄m ꝙ ostēdit mundi contētum est humilium personarū amor & dilectio: abiectas. n. ꝑsonas. s. paupes dilexit eis bñfaciēdo dādo elemosinas. unde p̄ solito panē semp ponebat in mensa: adhuc secularis mensam panibus replendo. Et cū a matre interrogaret quare hoc faceret: respondebat ꝙ ꝓ elemosinis dandis pauperibus: quia ꝓposuerat omni petēti ꝓ deo elemosinas largiri. Extra domū uero semp pauperibus de denariis ꝓuidebat. Et si quādo pecunia non adesset ad locū secretū pergebat: exuebat camisiā & pauperi dabat uel mittebat. Nō ne militi egeno uestimenta que sibi ipsi de nouo parauerat se exuendo tribuit? unde die quadaȝ mercantiaꝝ abstractus tumultibus: cum pauperē elemosinā petentē repulisset: gratia diuina ꝑspectus: seip̄m arguit actum se egisse magne rusticitatis: dicens si ꝓ magno comite uel barone pauper ille a te aliquid postulasset: certe postulatum sibi dedisses. quāto ergo magis ꝓ rege regum & oīuȝ dño id facere debuisti? Et tunc ꝓposuit ꝓ tanto dño postulata de cetero nō negare. Nō solum pauperibus bñfecit: Imo eoꝝ consortiū secularis exñs libēter habuit: pȝ ut dictū est supra quādo rome stetit cum pauperibus: & cū leprosis cōuersabat: eis seruiēdo & benefaciēdo. Ipsoꝝ ēt pauperꝝ statū p̄ aliis sanctis amauit & tenuit: quibus amor ad pauperes ipsius ē exp̄ssus. ¶ Tertiū ꝙ ostēdit btm̄ Franciscum mūdū despexisse: est parentū despectio derelictio & declinatio: Iuxta cōsiliuȝ xp̄i Luc. xiiii. Siquis uenit ad me: & nō odit patrē suum: & matrē: & frēs &c. Et btūs Franciscus hoc egit: nam patrem deseruit sibi cōtrariū in dei seruitio: uolentē ip̄m inflectere ad ea que sunt mūdi: ipsi publice coram oībus: cum sua facultate renūciauit: & coram p̄lato. s. epō dixit ad patrē: usqȝ modo te

uocaui patrē in terris: amodo possum secure dicere: pater noster qui es in celis. Et uide ꝙ parentū abrenūciatio per btm Franciscū: facta ē cum deliberatiōe: in loco patenti: coram ꝑsona publica & autentica. s. epo: Et ꝙ ad uoluntatē ut ageret que sūt mūdi: nec minis nec uinculis nec uerberibus ꝑ patrē btūs Franciscus potuit inclinari. & nō solum prem: sed ēt matrem que ipm tenerrime diligebat: ꝓ xpi amore reliquit. Sic & frēs & parentes aliosq3: quocūq3 gradu sibi attinentes. ℂ Quartū ꝙ declarat mundū a btō Francisco cōteptum ē oium reiectio. Nā apostoli & si nauē & alia reliquerūt: nō tamē uestimentū ꝙ in dorso habebant. Btūs uero Franciscus nō solū oium terrenoꝝ facultati abrenūciauit. Sed ēt pānos & femoralia reiecit: nudum corpore & mēte se offerēs brachiis crucifixi: qḋ de nullo alio sancto mundū abrenūciante alicubi legitur. Vnde bene poterat dicere xpo ueraciter. reliqui oia & secutus sum te. Et sic in hoc btūs Francisc⁹ singularis ab omnibus repit. ℂ Quintū ostēdēs beatum Franciscū mūdo abrenūciasse: est uite Aploꝝ electio: lic3. n. ut diceť fructu. xvi. & conformitate: multi diuitias & mundū cōtēpserint: nullus tamē ut apostoli: q omnia dimittētes que hēbant: & hēre poterant xpm sunt secuti: Quorū uita fuit que sunt mūdi abdicare: & xpi uestigia ꝓsequi. Btūs Franciscus euangeliū seruauit ad itegrū: ut de eo cātať: Frācisc⁹ euāgelicū: nec apicē uel unicu3: transgrediť nec iota: xpm ergo seqndo: nec in cōi nec in proprio aliquid uoluit possidere: nec ꝓ se nec ꝓ suis fratribus. Et tñ papa Ioānes determinauit ꝙ in cōi habuit saluator & apostoli. Et l3 btūs Frācīscus nec in cōi hēre uoluerit nec i proprio: nō est dicendū: dicit dñs papa Ioānes: ꝙ uita bti Frācisci fuerit pfectior uita xpi & Aploꝝ: quia nulla pfectior ea inuenit. Sic ergo eligendo seruare euangeliū & uitā xpi & aplorū pre aliis qui ante eū fuerūt: Btm̄ Franciscū mūdū abdicasse ex hoc declarať. ℂ Sextu3 ostēdēs mundi cōteptum a. b. Frācisco: est paupertatis arreptio desponsatio & acceptio. de qua quia fructus est. xvi. & cōformitas. nihil dico ad pñs. ℂ Septimu3 est in edificiis nulla ostēsio. Mundani optāt domos altas pulchras sumptuosas & latas. Btūs Frācīscus nihil talium optauit nec hēre uoluit: imo uolebat ꝙ domus & loca fratrū quo ad materiā nō essent de lapidibus. u3. de saxis aut lateribus: sed de uiminibus luto paleis cōserto: quo ad copertură de paleis: quo ad latitudinē essent parua tuguriūcula: & sic de altitudine & longitudine. Vnde ut diceť fructu. xvi. & conformitate. Omnia talia edificia que sumā nō ꝑtenderēt paupertatē displicebant sibi: & offendebať: nam domum factam per cōitatē assisii in loco sancte Marie uoluit destruere: sed ipeditus fuit ab hoibus ciuitatis. Vicarium suum frēm Petrū cathanii rephendit: qui domū paruā edificari fecerat & uilem ad officium dicendu3 & recipiendū fratres: quia multiplicatiōes domorum sibi displicebant. Et post mortē quēdam frēm qui locum mutauerat: & domos latiores edificauerat reprehendit acriter: & ꝙ eum pacaret post mortē ꝑdixit. ℂ Octauu3 qḋ btm Franciscū ostedit mūdū cōtēpsisse: est uestiū & tunicaꝝ deuitatio & quo ad sumptuositatē: quia de pāno uilissimo & rudi indutus est semper: & quo ad multitudinē: nam tunica sola habituali corda fuit contētus & femoralibus. Nā uestitos dupliciter oderat: & signum extincti spūs hoc eē dicebat. Quia tunc caro ad petēdū sua inclinatur. De hac materia habes fructu & cōformitate. xvi. Nec tunica sua erat sua imo dabat libēter petenti: sicut patuit quādo eam fratri Ruffino post impressionē stigmatū ab ipso requisitus dedit. Sic & in loco de grecio cuidam fratri eam petenti de francia. Sic & paupibus si aliquid nō hēret. Vnde nec cellam nec tunicā nec aliquid hēre uoluit qḋ suum censereť. Querendo semel btūs Franciscus ab uno fratre unde uenerat: & ille diceret de cella tua: quia audiuit tua: in cella ꝑdicta noluit amplius habitare. Bononie ad locū accedere pro fratribus ꝑparatum noluit: quia locus fratrū dicebať: sed legato apostolico: locu3 accipiēte noie ecclesie: & fratribus ipm cōcedēte in eo stetit. ℂ Nonū mūdum ostēdēs a btō Francisco cōteptū: ē Regule ipsi⁹ cōpositio. Regula. n. fratrū minoꝝ qua utunť nunc frēs: facta est a xpo & ab ipso dictata. Vt fructu nono & cōformitate diceť. Ipsa pre aliis ut p3 intuenti totū mundum cum suis abdicat: & suadet ipsius contēptum. Et quia eam ad litterā seruauit: argumētū est eius obseruantia ad mūdi contēptū. ℂ Decimū est ostēdēs mundi contēptū bti Francisci fratrū ad ordinem receptio. Nullum. n. frē3 uoluit ad ordinē recipe nisi expropriatum: & terrenis datis omnib⁹ paupibus. In marchia quēdam qui dederat sua parentibus & nō paupibus: noluit ad ordinē recipe: Dicens eū indignū iungi paupibus xpi: qui paupes defraudasti. Contēptū oium terrenoꝝ dicebat sui ordinis eē fundamētū. Vnde ad ordinē uenientibus dicebat uerbū euāgelii. si uis pfectus esse: uade & uende oia & da paupibus. nē aliter faciendo: ad scandalū anime essent fratribus loculi reseruati. ℂ Vndecimū ostēdēs ꝓpositū bti Frācisci de mundi contēptu: est fratrū in statu uocationis eorum ꝑmansio. nam ut fratres ad nihil mūdi afficereňť: ipos noluit ad ecclesiasticas dignitates ꝓmoueri. unde domino Hostiēsi qui fuit postea papa Gregori⁹ nonus: sciscitanti ab eo si sibi placeret ꝙ fratres ꝓmouerētur ad dignitates ecclesiasticas respondit: Dñe: minores iō uocati sunt frēs mei: ut maiores fieri nō ꝑsumant: si uultis aūt ut fructum faciant in ecclesia dei: tenete illos & conseruate in statu uocatiōis eoꝝ: & ad prelationes ecclesiasticas ascēdere nullatenus ꝑmittatis. unde nec ambiuit gradu3 ecclesiasticū nec frēs uoluit ad talia anhelare. ℂ Duodecimū & ultimū ostēdens btm Franciscū mundū despexisse: est ad nil mūdi affectio: sed tota mente & desiderio ad patriam suspiratio & intētio. uñ nō ꝑlationē: quia hanc deposuit: nec pecuniā: quia hanc despexit: nō honores: quos declinauit. nō aliquid terrenum appetiit: sed tota affectiōe suspirabat ad patriam: ut xpo unireť per gloriam: cui icorporat⁹ manebat per imitationē & dilectione3: & sicut mente erat ad eterna suspensus: sic & corpore & ꝑsertim facie ad celestia stabat totus affectus. Vt cnī

dicit dñs frater Bonauētura in quarta parte maioris legende: Videbat intuētibus homo alterius seculi: qp pe qui mēte ac facie in celum semp intentus: oēs sursuz attrahere niteretur. Nec imerito sic uidebatur: qa cū eo pgente xp̄s crucifixus ibat: cum stante xp̄s: btā Maria: sancti Ioānes baptista & euāgelista. Petrus & Paulus & alii sancti morabant̄. Hunc sancti angeli se pe uisitabant: ac graꝝ diuinarū influentia ptangebāt: quare celibatus supni magis quā mundani incolatus effigiē ptendebat. Iaz dictis ergo pōt clarescere seruū altissimi btm̄ Frācīscū mundū funditus despexisse: qđ erat declarandū p expōne secūda huius fruct⁹ & cō formitatis. uz. quo ad eius scđam partē: que dicit Frā ciscus separat̄. s. ad instar xp̄i: a quo⁹. s. a mūdo p ipsi⁹ totalem abdicationē & despectum: & sic pz quomodo btūs Frācīscus primo se: deinde mūdū abiecit abnegauit & cōtēpsit. Et sic cōsequēter apparet declarata huius sexti fruct⁹ & cōformitatis secūda pars, que erat uidelicet Franciscus separatur.

¶ Incipit fructus septim⁹ & cōformitas. uz. Iesus hosti exponitur Franciscus molestatur. Expositio prime partis. uidelicz Iesus hosti exponitur.



Via in huius fructus septimi & conformitatis prima parte: agitur de tentatiōe dñi Iesu xp̄i facta p hostē diabolum ipso existente in deserto: Hinc est q̄ p eius expositione sunt tria uidēda. Primū quib⁹ modis genus hūanū a diabolo ipetitur & tētatur. Scđm quare dñs noster uoluit a diabolo tentari & quali modo tētationis ab hoste ppulsatus est. Tertiū quib⁹ modis ab homine diaboli tentatio supat̄ & abiicitur. Sed añ oia sciendum est: q̄ hic agetur de tentatione diaboli: put tota tentatio est a diabolo: & supatio a tentato: ipz abiicit & repellit. Fructu uero & cōformitate. xxi. agetur quomō diabolus ab homine expellit̄ p ipsius supationē: ab eo quē diabolus impetiit: & tandē diuina grā est & fuit. ¶ Pro primi euidentia est sciendum q̄ hostis antiqu⁹ diabolus Leo & draco est. & uocat̄ draco ppter maliciā & nequiciā. de quo dicit psalmista psalmo. ciii. draco iste quē formasti ad illudenduz ei &c. Et Apoc. xx. diabolus draco & serpens appellatur: dicit̄ ēt leo rugiens. i. Petri. iii. & hoc ratione uiolentie & potētie: quia quē nō pōt uincere malicia: multotiens superat potētia. Quia ergo leo & draco ē ipe hostis diabolus: Hinc est q̄ duobus modis nos tētat. Et primo ut draco malicia & uersucia. Secūdo ut leo potentia & uiolentia. Tentandi modos diaboli declarando p̄fata duplici uia. & primo quomō tentat malicia ut draco: Est sciendū qđ sic multis modis tētat & tentauit genus humanū. Astucia ergo tentādo & malicia ipse tentat. Primo modo. uz. suasione suadendo: & quasi rōnabiliter qđ suggerit fieri debere ońdēdo. Et hoc modo geñ. iii. Tentauit Euam & decepit. Secundo modo blanda illectiōe: & sic tētauit genus humanum. Geñ. vi. uz. filios Seth: qui dicebant̄ filii dei: Hos tentauit esca. s. pulchritudine filiarū Cain: & sic earum adinuicē cōmixtione: iratus deus pdidit oēm carnē: Noe cuz uxore filiis & uxoribus eorū p̄seruando. Tertio modo in errorem deductiōe. Hoc mō tentauit filios israel i deserto. Exodi. xxxii. Et nūeri. xxv. ad idolatriam pducendo. Quarto modo pmissiōe. pmisit enim primis parentibus deitatē: & xp̄o ut dicet̄ infra oia regna mundi si pageret qđ suadebat: Quito modo difficultatis ad bonū peragendū ostensione. dicens q̄ arta uia est que ducit ad paradisum & ad uitam. Et sic tentauit filios israel. Numeri. xiiii. Qui ob difficultatē nolebant ire ad terrā pmissionis. Sexto te dii post bonū inceptū ne perficiat̄ imissione. & sic tentauit & alias filios israel. Exodi. xvi. Et nūeri. xx. Qui libenter exierūt de egipto & desertū intrauerūt: sed labore itineris ulterius ire nolebāt. Et sic quosdā tentauit de sequentibus xp̄m. Ioā. vi. qui audiētes xp̄m dicebant durus est hic sermo: & ab eo recesserūt. Septimo modo ad dubietatē mentis pductione. Sic tentauit Balaam. Numeri. xxiii. qui ab angelo retardabat̄ ne iret ad maledicendū filiis israel: & diabolus ad oppositum eum inducebat &c̄. Sic & filios israel tēpore helie quib⁹ ipse Helias dicebat. iii. R̄. xviii. Vsqzquo in duas partes claudicatis &c. Octauo modo iportunitate & assidua inquietatiōe. Hoc modo uoluit tentare Ioseph. Geñ. xxxix. per mulierē egiptiacam que sibi erat iportuna: & ceperat eū. Nono subite & iprouise aīe aggressione: & p̄sertim quādo ociosam inuenit & male dispositam. Sic tētauit Iudam scarioth: quidens unguentū effundi sup caput Iesu: & murmurauit statim & eius mortē ordinauit. Decimo modo occulta insidiatione. hoc modo tentauit. Act. v. Ananiaz & uxorem eius Saphiram ut occultarent de p̄cio possessionū suarū: & mentirent̄ Apostolis. Vndecimo modo fraude & deceptione. sic tētauit illum diuitez nequā. Luce. xix. Qui deceptiōe diaboli credebat diu uiuere & subito mortuus est. sic ēt decepit Achab pmissiōe uictorie. iii. R̄. xxii. Duodecimo se in angelū lucis iuxta dictum apostoli transformatiōe: Sic multos inuitis patrū decepit: apparēdo in forma angeloꝝ pro parte dei sanctoꝝ patrum & mulierū. Sic ēt uolendo xp̄m decipe in forma humana apparuit. Et q̄uis sint multi alii modi quibus diabolus tentat ut draco cum sint ei mille ad nocendū artes: sufficiant tamē p p̄nti duodecim modi p̄fati. Et quia nō solum draco ē sed & leo ipse hostis antiquus: iccirco quos supare nō potest aliquādo ut draco p astuciam & maliciā: aliis modis supat. s. per uiolentiā & potentiā ut leo. Et primo modo afflictiones temporales procurando: sic tentauit filios israel. Exodi. iii. & v. faciendo eos affligi ut deum non audirent. sic petrum afflixit. Actuum. xii. faciendo eum poni in carcerem &c. Et ideo dicebat Iob. xxx. pharetram suam aperuit. i. tribulationes & afflictiones: & afflixit me. Secūdo modo carnem flagellādo: sicut fecit: Iob cap. i. quē percussit ulcere pexímo ut malediceret dño deo suo. Tertio modo bona fortune auferendo sic tentauit Iob oia temporalia

qūo diabol⁹ tētat astucia ut draco.

qūo tētat ut leo.

uenerant ad loquẽdum de dño Iesu xp̄o. Semel euenit q̄ btũs Franciscus recessit de loco in quo erat: & iuit ad locum ubi erat Fr̄ Bernardus ut adinuicem loquerent̄ de diuinis. Et cum btũs Franciscus accessisset ad siluã uocauit Frẽm Bernardũ dicẽs ueni & loquere isti ceco. Et quia Fr̄ Bernardus erat cõtẽplatõe totus abstractus: & deo iunctus uocatus a btõ Frãcisco semel bis & ter nõ intelligẽs: btũs Bernardus nihil ei rñdit. Propter qđ btũs Franciscus recedebat desolatus: aliquãtulũ admirãs q̄ Fr̄ Bernardus ter uocatus ad eum ire noluerit. Sctõ aũt Frãcisco recedẽte & sic cogitãte dixit socio expecta me aliquãtulũ: & cum daret se ad orandũ: Ecce uox diuina facta est ad eũ dicẽs. Vnde tu paup homũcio cõturbaris? Nũquid hõ dʒ dimittere deum p̄pter aliquã creaturaʒ? Frater aũt Bernardus qñ tu uocasti eũ stabat cõiunctus mecum. Et ideo nõ poterat ad te uenire nec tibi rñdere. Et iõ nõ mireris si non potuit tibi loqui: quia ita erat extra se q̄ de tuis uerbis penitus nihil aduertit. Hoc autem intelligẽs. b. Franciscus statim cõcito gradu ad fratrẽ Bernarduʒ reuertit̄: ut se de cogitatiõe habita humiliter accusaret: Fr̄ aũt Bernardus statim occurrit. b. Frãcisco: & ad pedes. b. Francisci se proiecit: & recitata reprehensione diuina: p̄cepit. b. Francisc⁹ fratri bernardo q̄ quicquid sibi preciperet per obedientiã ageret. Frater aũt Bernardus timẽs ne aliqđ excessiuũ imponeret ut solebat: dixit. b. Frãcisco: pater parat⁹ sũ obedientiã uestram facere: dũmõ in his que dixero mihi obedientiã p̄mittatis. Rñdit b. Francisc⁹ assentio: Et tunc Frater Bernardus dixit. Dicatis pater quicquid uultis. Et sanctus Franciscus ait per sanctam obediẽtiam precipio tibi: ut ad puniendam presumptionem meam & audaciam cordis mei: me iacentem in terra calces: pede tuo guttur meum calcando: & alio pede super os meum posito: ita q̄ pedibus tuis sic in gutture & ore positis: transeas me ter ex una parte ad aliam: & sic transeundo dicas mihi improperia. iace rustice fili petri bernardonis. Et alias plures iniurias ingeminabis, dicens. Vnde tibi tanta superbia qui es uilissima creatura. Quod audiens frater Bernardus: durum fuit sibi hoc facere: tamen propter obedientiam id quãtum ualuit curialiter adimpleuit: quo facto dixit btũs Francisc⁹ ad frẽm Bernardũ p̄cipe qcquid uis ut faciam: quia p̄misi tibi obedientiã. Fr̄ Bernardus ait: per sanctã obediẽtiã precipio tibi: q̄ quãdocũqʒ sumus simul me de defectibus meis corrigas: & acrius me reprehẽdas: Quo audito btũs Frãciscus obstupuit ualde: quia fr̄ Bernard⁹ erat tãte sc̄titatis: q̄ btũs Franciscus habebat eum in magna reuerẽtia. Vñ. b. Franciscus. ex tũc cito se a fratre Bernardo expediebat: ne p̄pter moram tantã aiam reprehensione scandalizaret: quãdo cum ip̄o btũs Franciscus de deo loquebat̄. ¶ Hic fr̄ Bernard⁹ uice quadam dum esset in choro: & ut dixi de uite actiue laboribus ad contemplatiue dulcedinem translatus esset: Et dum missa cantaretur: fuit adeo in deum absortus: q̄ cum eleuaretur corpus domini nihil aduertit nec genuflexit: sed stans irreuerberatis oculis: insensibilis a mane usq̄ ad nonam permansit: Post nonam ad se reuersus: ueniebat cum uoce admiratiua & dicebat fratribus: o fratres: o fratres. Nullus est in cõtrata ista tam magnus & nobilis: cui nõ esset leue si ei promitteret̄ unũ palacium plenum auro: portare unum saccum plenuʒ de fimo uilissimo: ad thesaurum tam nobilẽ p̄merendum. Ad hunc thesauꝝ tam nobilẽ: hic fr̄ Bernardus fuit a deo admissus. Cuius signuʒ erat eleuatio faciei: ut dictum est per annos. xv. Et p̄pter nimiam eleuationem mentis ad diuina: & absortionem intellectus in deum: in illis. xv. annis nunquã famem sibi abstulit corporalem. De omnibus tñ que sibi apponebantur: aliquãtulum comedebat: & dicebat q̄ de illis que homo nihil gustat: nõ dicitur abstinere: quia uera abstinentia: est pugnare contra illa que sapiunt. Et qa de⁹ uult seruos suos p̄bare: Semel per octo dies stetit nõ sentiens cõsolationes diuinas. Et cuʒ pro eaꝝ recuperatione totus manens angustiat⁹ & solitarius: deũ feruenter exoraret: Ecce subito apparuit sibi q̄dã man⁹ in aere tenẽs instrumẽtũ qđ dicit̄ uiola: Que unũ tractum uersus terrã faciẽs: tanta ip̄m sp̄ũs cõsolatiõe repleuit sua melodia: q̄ si aliũ tractuʒ fecisset: uersus celum credebat sp̄ũm exalasse. Nõ solũ deus ipʒ sic p̄bauit: sed ad impugnãdũ eũ multis & acutissimis demonibus est traditus: ut. b. Frãcisco dñ deuote oraret est a dño reuelatum. Quod cum plures dies. b. Franciscus de filio suo cum lachrimis cogitaret: & dño Iesu xp̄o eum recomẽdaret: ut de tot insidiis uictoriam ei dignaret̄ largiri: Facta est ad eum diuina respõsio: dicens ne timeas: quia oẽs tentationes quibus frater Bernardus impetit̄: date sunt illi ad exercitiũ & coronam: & in fine de omnib⁹ ip̄m impugnãtib⁹ palmã & uictoriam cuʒ gaudio reportabit: & ipse Fr̄ Bernard⁹ est unus de cõmensalib⁹ regni dei. De qua rñsione. b. Franciscus est ualde gauisus: & gr̄as referens imẽsas Iesu xp̄o: eum ampliori affectu semp postea dilexit. Que oĩa btũs Franciscus fratribus recitauit: addens: q̄ deus frẽm Bernardum ab omni tẽtatione liberaret ante suam mortẽ: & poneret eius sp̄ũm in tanta pace & quiete: q̄ omnes frẽs qui audierint & uiderint: mirabunt̄. Et in illa pace & quiete utriusqʒ hoĩs: transibit de hac uita ad xp̄ʒ. Et mirati fuerũt frẽs de p̄phetia bti Francisci: quia sic euenit. ¶ Fuit Fr̄ Bernardus tanti zeli: ut quẽlibet in q̄tocũqʒ magno culmine positum: audacter reprehẽderet: si ip̄m uideret in aliquo sue regule transgressorem. Naʒ cernẽs aliquãdo frẽm Heliam tunc ordinis generalẽ ministrũ: palafrenũ magnum equitantẽ: post eum fortiter sufflabat: dicẽs: Nimis est altus & grossus equus: nõ sic docet regula. Et aliquãdo percutiẽdo groppã equi: in p̄sentia sua talia uerba replicabat. Duʒ staret aliqñ ipse Fr̄ Helias generalis solus in camera. Et aliqñ cum aliquib⁹ sociis comedẽs de bonis dñi: Hoc uidẽs Fr̄ Bernardus: multum dolebat: & surgens de mensa refectorii cum cultello parapside & coquina in manibus: ibat & pulsabat ad hostium camere dicẽs. Quis est hic? aperite mihi. Et aperto hostio: ponebat se iuxta generalẽ ministrum, dicens. Et ego uolo de istis bonis comedere te

Fr̄ Helias

cum. Et tunc Frater Helias confundebat̃ & turbabat̃ in semetipso: nihil tñ audebat ei dicere: ꝓpter suã sanctitatẽ. ¶ Hunc frẽm Bernardũ. b. Franciscus magnis extollebat laudibus: & dicebat ipm ordinẽ istum fundasse: oĩa uẽdendo & dando pauperibus: ac se nuduꝫ offerendo brachiis crucifixi: omnia. n. dedit ẽt & uestimenta: & habitum quo indutus est mẽdicatione obtinuit. ¶ Btũs Franciscus quãtũ dilexerit frẽm Bernardum: in fine de hoc mundo recessurus oñdit. Nã astãtibus coram. b. Frãcisco pauperũ patriarcha filiis: & ꝓ subtractiõe tam amabilis patris lachrimãtibus: dixit ipse. b. Franciscus: ubi est primogenitus meus Fr̃ Bernardus? Veni fili ut bñdicat tibi aĩa mea antequã moriar: Tũc Fr̃ Bernardus dixit fratri Helie qui erat uicarius ordinis secreto: pater uade ad dexteraꝫ sancti: ut te bñdicat. Cum aũt Fr̃ Helias se posuisset ad dexteram. b. Francisci: & factus btũs Francisc⁹ cecutiens pre lachrimis manũ supra caput eius posuisset: dixit istud non est caput primogeniti mei fratris Bernardi. Tunc Fr̃ Bernardus accessit ad sinistrã eius. Btũs aũt Franciscus cancellatis brachiis mutãdo: sinistram posuit sup caput frĩs Helie: dextraꝫ uero sup caput frĩs bernardi: dicẽs ipsi fratri Bernardo. bñdicat te pr̃ domini nostri Iesu xp̄i in omni bñdictione spũali in celestibus in xp̄o: sicut prio elect⁹ es in ordine isto ad dãdum bonũ exẽmplum euangelicũ: & ad imitandũ euãgelicam pauptatẽ saluatoris: uel ad imitandũ xp̄m in euangelica pauptate: quia nõ solum tua liberalr̃ obtulisti & ꝓ xp̄i amore integre dispersisti: ue℞ ẽt temetipm in odorem suauitatis obtulisti: uel in odoreꝫ suauissimi sacrificii contulisti: benedictus sis ergo a dño nostro Iesu xp̄o: & a me suo pauperculo seruo: benedictionibus sempiternis: igrediẽs & egrediẽs: uigilãs & dormiens: uiuens & moriens: Qui benedixerit tibi bñdictionibus repleat̃: & qui maledixerit tibi nõ erit immunis: Esto dñs fratruꝫ tuo℞: & tuo imperio cũcti frẽs subiaceãt. Et quoscũqꝫ uolueris recipe ad ordinẽ istum: recepti sint: & quoscũqꝫ emittere uolueris: emittant̃. Et nullus sup te potestatẽ hẽat: Et libere quocũqꝫ uolueris possis pergere uel morari. Hec ẽ benedictio data fratri Bernardo per. b. Franciscuꝫ. ¶ Fuit ẽt Fr̃ Bernardus totus charitatiuus. Nã ad mensam sedens sepe p̃sentabat uni fratri: & cum a quodam alio fratre rephẽderet̃: dicente nimis p̃sentatis tali fratri: Ipse. n. nõ põt tm̃ comedere: rñdit Fr̃ Bernard⁹ ego facio charissime ex parte mea qđ meũ est: & qđ ẽ charitatis: ipse uero nõ comedat nisi sicut decet. Deo placente frẽm Bernardũ ad se uocare: quia frẽs eũ affectu paterno uenerabant̃: ex diuersis partib⁹ cũ appropinquaret ad mortẽ cõcurrerũt ad eũ: iter quos affuit ille seraphicus & diuinus sctũs Fr̃ Egidius. Qui cum uidisset sctm̃ frẽm Bernarduꝫ dixit sursum corda cum gaudio maximo: Fr̃ ẽt Bernardus dixit sursum corda: habemus ad dñm: & dixit uni fratri secreto: ut locum aptum pararet cõtẽplationi: ut sctũs Fr̃ Egidi⁹ posset celestia cõtẽplari. In ipsa sua infirmitate uocatis fratribus Fr̃ Bernardus dixit eis: ꝙ de corpore curam nolebat eos hẽre. Et ideo quicquid faceret erat cõtentus:

Bñdictio b. Frãcisci facta Fr̃i Bernardo

sed de aĩa. Et ex quo cepit infirmari: semp iuxta se uoluit hẽre frẽm sacerdotẽ usqꝫ ad horaꝫ mortis: & qñ aliquid occurrebat in mẽte qđ eius cõscientiã onerarct: statim confitebat̃. Cum aũt Fr̃ btũs Bernardus ad illam horã extremã migrandi peruenisset: fecit se erigi: & astantibus fratrib⁹ dixit. Frẽs charissimi nolo uobis multa uerba dicere: sed cõsiderare debetis ꝙ statũ quẽ ego habui uos habetis: & queꝫ ego nunc habeo uos habituri estis. Inuenio aũt in aĩa mea ꝙ ꝓ mille mundis equalib⁹ isti nollẽ nõ seruisse dño Iesu xp̄o. Et de omni offẽsa: quam ego feci: accuso me saluatori meo dño Iesu xp̄o & uobis: & rogo uos frẽs charissimi ut diligatis uos inuicẽ. Et post hec uerba & alia salubria hortamenta cum frẽs eum in lecto reclinassent facta est facies eius splẽdida nimis & leta nõ sine admiratione oĩum qui astabant: Et in ipsa leticia aĩa illa felix cum uictoria sibi ꝓmissa a xp̄o: ad gaudia transiit btõrum. Post mortẽ uero factus est albus: & caro sua mollis: & quasi ridere uidebat̃: uñ pulchrior erat mortuus: q̃ uiuus: & plus delectabant̃ omnes eũ uidere mortuum q̃ uiuentem. Videbat̃. n. rõne sctũs ridẽs. Sepult⁹ ẽ assisii in ecclia. b. Frãcisci ꝓpe eius altare: ut pꝫ cernẽtibus eius sepulchrũ. Quã aũt gloriã. b. Frater Bernardus hẽat in celo ostẽsuꝫ fuit fratri Leoni socio eius & b. Francisci ifirmãti in ipo loco sancte Marie de portiũcula: qui existens in ipso loco sancte Marie infirmus cum fratre Ruffino: talem de fratre Bernardo habuit uisionem. Vidit. n. multidinem fratrum ꝓcessionaliter incedentiũ: inter quos uidit unũ a cui⁹ oculis radii ꝓcedebãt lucidiores solaribus: sic ꝙ in ei⁹ faciem intẽdere nõ poterat. Et querens ab uno illorũ fratrum quo irẽt: respõdit ad aĩam cuiusdam fratris in portiũcula infirmantis breuiter morituri: Et rursuꝫ q̃siuit quis esset ille frater a cuius oculis tãta claritas ꝓcedebat. Respondit. Et nõ cognoscis eum? Ille est frater Bernardus de quinta ualle. Et quare ait eius oculi tanta claritate nitescũt? Et ille quia semp de his que uidebat in aliis: in melius iudicabat. Vnde quãdo uidebat trutanos & male indutos: dicebat isti meli⁹ paupertatem seruant q̃ tu frater Bernarde: iudicabat eniꝫ de illis ac si paupertatẽ uoluntarie seruarent. Cum diuites uidebat preciosis indutos uestibus & deauratis: cũ cordis cõpũctiõe dicebat. Forsitan isti portant cilicia: & sub ista apparentia exteriori sustinent carnis in occulto maceratiõnẽ & sic uitãt uanam gloriã melius q̃ tu frater Bernarde cuꝫ tuis uilibus indumẽtis. Et per istum modũ semp bonuꝫ de aliis. De se aũt humiliter sentiens iudicabat. Habebat ẽt mundissimos oculos: & quicquid boni cernebat in creaturis: totum regerebat in laudem creatoris. Et sic uisio illa disparuit. Vnus ex sociis. b. Francisci: qui fuit unus de trib⁹ latronibus conuersis per. b. Franciscum ut infra dicet̃ suo loco: raptus in paradisum uidit btm̃ Franciscũ clamidatum clamide tota stellis pulcherrimis decorata: & quinqꝫ stigmata eius erant sicut quinqꝫ pulcherrime stelle: que tanta luce fulgebant: ꝙ uidebant̃: totaꝫ illam ciuitatem illustrare. Frater uero Bernardus habebat coronam in capite pulcherrimã: Fr̃ Egidius ẽt

Verba B[ernardi] Bernard[i] in morte

Visio fr[atris] Ruffini.

totus erat mirando lumine decoratus. Et plures alios fratres uidit gloriosos. Sic ergo apparet de. b. frē Bernardo ei⁹ iniciū mediū & finis ad laudē Iesu xpi amē.

¶ De beato fratre Siluestro socio beati Francisci.

Tertius sc̄tūs Fr̄ qui iacet assisii in ecclesia sancti Francisci est sc̄tūs Fr̄ Siluester: qui primo fuit sacerdos in seculo. Et hec modo uenit ad ordinem. Nā cum Fr̄ Bernardus supradictus sua cuncta distracta daret pauperibus. b. Francisco ipsum ad p̄dicta fideliter adiuuante: hic p̄sbiter uel domn⁹ Siluester dum dispergere uideret hec omnia: auaricia ductus dixit. b. Francisco. Tu de quibusdam lapidibus quos a me emisti ꝓ ecclesiis reparādis: nō mihi plene soluisti. B. Franciscus admirās eius auariciam & nollens cum ipso contēdere: ut uerus euangelii obseruator: misit manum in sinū fratris dn̄i Bernardi: & plenam pecuniā posuit in sinu domni Siluestri. Et ait ꝙ si plus uellet adhuc plus daret. Ille aūt contentus recessit. Et cum in sua esset domo: & cogitare cepisset que fecit: redarguēs auariciā suam ac feruorem fratris Bernardi & sanctitatē. b. Francisci cōmēdās: in prima secunda & tertia nocte candē inspexit uisionē. Videbat nāq in sōnis totam assisii ciuitatē a dracone imensso circūdari: p̄ cui⁹ magnitudie nimia tota regio uidebat̄ exterminio subiacere. Cōtuebat̄ post hec crucē aureā ex ore ꝓcedentem. b. Frācisci: cuius sūmitas celos tāgebat: Cuiusq brachia ꝓtensa in latum usq ad mundi fines uidebant̄ extendi: ad cuius ēt aspectū preful gidū draco teter ille & horridus penit⁹ fugabat̄. Hec dum tertio sibi mōstrarent̄: uiro dei p̄ ordinē & fratribus enarrauit: ac omnibus distractis: & datis dei amore paupibus. b. Francisci Fr̄ effectus: uita eius in ordine sic fuit sancta: ꝙ autēticam reddidit eā quā in seculo habuerat uisionem. Hic. b. Fr̄ Siluester tam magne p̄fectiōis sc̄titatis gr̄e ē effectus: ꝙ loquebat̄ cū deo sicut amicus cum amico. Sicut pluries. b. Frāciscus est exptus. Ad hunc frēm Siluestrū. b. Franciscus stantem in loco de carcere in monte subasio: cum uellet ip̄e. b. Franciscus certificari: an ad p̄dicandū ire deberet uel orōni uacare: misit frēm Masseū: ut quia ipse erat tante sanctitatis & deuotionis: ꝙ statī exaudiebat̄ a domino Iesu xp̄o & sp̄ūs sc̄tūs eum dignum fecerat: diuino colloquio. Propter qd̄. b. Franciscus magnā deuotionē ad eum hēbat. Cui cum uerba dixisset beati Francisci: statim ipse. b. Fr̄ Siluester ad orōnē prexit: & cum oraret statim habuit diuinum rn̄sum. Vn̄ exiuit ad frēm Masseū. dicēs. Hec dicit dn̄s ut dicas Fr̄i Francisco: ꝙ ip̄m nō pp seip̄m solū uocauit: sed ut fructum faciat animaꝝ: & multi p̄ eū lucrent̄. Quo edoctus. b. Franciscus eloquio: ad p̄dicādū accessit. Hic ē ille Fr̄ Siluester: cum quo. b. Franciscus Aretiū deueniens: inuenit ciuitatē ipsam intestino bello quassatā: & ꝓpinquū sui minantē excidiū. Cū. n. in eius suburbio essent hospitati: uidit btūs Frācisc⁹ exultātes demones: ac pturbatos ciues ad cedem mutuā succedētes. Vt aūt seditiosas illas effugaret aereas potestates: Vocauit btūs Franciscus socium suum frēm Siluestꝝ colūbine simplicitatis uirꝝ dicēs. Vade añ portam ciuitatis: & ex parte dei omnipotētis demonib⁹ in uirtute obediētie p̄cipe: ut exeant de ciuitate festināter. Quod Fr̄ Siluester ut filius obedientie cum p̄fecisset: statim demonibus recedentibus: ad pacem ciuitas est reducta. Hic post multa mira prexit ad xp̄m dominū. Et sepultus est assisii in ecclesia beati patris nr̄i Francisci.

¶ De fratre electo.

Quartus Fr̄ assisii sepult⁹ in ecclesia beati Frācisci est Fr̄ electus. De quo nihil reperi nisi ꝙ hic sp̄ū claruit ꝓphetico. Nā dn̄o Petro cardinali Albanēsi: cum eum uisitasset eidē dixit. Tu hodie morieris. Et sic euenit.

¶ De frē Leone.

Quintus fr̄ iacens assisii in ecclesia bt̄i Frācisci est Fr̄ Leo cōfessor. b. Francisci. Qui ut de eo dr̄ inter alias uirtutes: Fuit homo purissimus & simplicissimus: de quibus btūs Franciscus eū precipue cōmendabat. Vnde ꝓpter eius colūbinā simplicitatem. b. Franciscus eū specialr̄ diligebat: & Frēm pecorellam uocabat: & ad sua secreta tam ex cōfessiōe: q̄ ex aliis admittebat. Quando. n. btūs Franciscus ad montem aluerne prexit: Frēm Leonem secum cum frē Masseo & frē angelo milite duxit: & sibi in ipso monte q̄diu stetit fidelr̄ deseruiuit. Hunc frēm Leonē btūs Franciscus ut dictū est supra fructu & conformitate sexta informauit: dum irent de perusio in quo esset perfecta leticia: quia uidelꝫ in actibus patiētie. ¶ Cū isto fratre Leone in quodam locello dum staret btūs Franciscus & breuiarium ad dicendū matutinū nō haberent: & dixisset ei ut loco officii Frater Leo diceret quicquid doceret eū & non aliud: & btūs Franciscus dixisset: Ego dicam sic: O frater Frācisce tu fecisti tot peccata in seculo: ꝙ es dignus inferno. Et tu Fr̄ Leo respondeas: dicens: uerum est ꝙ infernum ꝓfundissimum meruisti. Et Frater Leo rn̄dit: libenter pater: incipe in nomine domini. Et beato Francisco incipiente dicere. O Frater Francisce tu fecisti tot mala in seculo: ꝙ es dignus iferno: Rn̄dit Frater Leo domino ei⁹ linguam dirigēte: Deus faciet tot bona pro te: ꝙ ibis in paradisum. Et cum sanctus Franciscus diceret: non dicas sic Frater Leo: Sed quando ego dicam o Frater Francisce tu tot mala fecisti in seculo: ꝙ es dignus maledici. Et tu dices inter maledictos es dignus cōputari. Et frater Leo diceret libenter pater. Et beatus Frāciscus cum multis lachrimis & suspiriis ac tunsionib⁹ pectoris & ualido clamore diceret iam dicta. Frater Leo respōdit. Deus faciet ꝙ inter benedictos eris singulariter benedictus. Et cum beatus Franciscus per obedientiā mandando ut diceret & responderet iuxta imposita sibi per eū. Et pluries hoc fieret. Frater Leo ut eum docebat dominus: & non ut uolebat btūs Frāciscus respondebat. Et dixit beato Francisco ego non possum aliud dicere: quia deus loquitur per os meū. ¶ Cum quodam tempore Frater Leo iret cum beato Francisco uersus sanctam Mariam de portiūcula: uidit crucem auream pulcherrimam btūꝫ Franciscū p̄cedentem: & in ea christum crucifixum stantem: & uidebat ꝙ cū stante stabat: & cum eunte ibat: Et crux erat tanti splendoris: ꝙ & faciem beati Francisci & partem

aeris circūquaq; illuminabat. ¶ De uirginitate beati Francisci frater Leo tripliciter fuit certificatus: ut dicetur infra. s. per confessionem uisionē & superno oraculo. ¶ Hic frater Leo uidit chartam descendentem de celo super beatum Franciscum se ponentē: in qua erat scriptum: hic est gratia dei. ¶ Tempore quo in monte aluerne stabat beatus Franciscus: frater Leo uadens de nocte ut diceret matutinum: Cum beatum Franciscum nō reperisset in cella: uidit eum aliquādo tam alte eleuatū: q̄ tangere poterat eius pedes: quos osculando & amplexando dicebat: deus ꝓpicius esto mihi peccatori. Et per merita huius sanctissimi uiri: fac me tuam misericordiā inuenire. Aliquādo uidit eū eleuatum ad cacumina arborum. Aliquādo in tāta altitudine eleuatum eundem cōspexit: q̄ uix uisu poterat eum attingere: Et tunc prosternēs se in loco unde beatus Franciscus erat assumptus: ꝓfata superius orādo ingeminabat. ¶ Fratris Leonis btūs Franciscus uidit tentationem: & dando sibi scripturam de sua manu eum liberauit: ut fructu & conformitate. xviii. & xxvi. dicet. ¶ Huic fratri Leoni existenti in monte aluerne: beatus Franciscus predixit de sua stigmatizatione in breui futura: indicando ei q̄ deus in monte illo faceret ad paucos dies mirabilia que nunquā fecit alicui creature: de quibus admirabitur totus mundus. Hic frater Leo cum beato Francisco erat in mōte aluerne: quādo dominus stigmata ipsi beato Francisco impressit. ¶ Huic soli fratri Leoni beatus Franciscus sua stigmata cōmittebat tangenda: & nouis peciolis et mutāda: quas qualibet die ebdomade inter clauos illos mirabiles & carnem reliquam ad retinendu; sanguinem & mitigandum dolorem renouabat: excepto die iouis de sero: & per totum diē ueneris: in quo nullum remediū uolebat apponi: ut amore christi eo die crucifixi cum ipso penderet. Aliquādo manus illas tā uenerandas stigmatibus insignitas: ante cor & oculos fratris Leonis sanctus Franciscus studiosius apponebat. Ex qua appositione tanta; deuotionē frater Leo sentiebat in corde: q̄ quasi expirabat: frequētibus singultibus in stupore salubri immutatus. ¶ Semel dum esset btūs Franciscus in mōte aluerne & frater Leo: & adinuicem loquerent̄: ostēdit ei btūs Franciscus quēdam lapidem: quē cū magno cordis gaudio & leticia extollebat: dicens frater Leo pecorone: laua istum lapidem cum aqua. Quod cum fecisset: dixit laua ipsu; cum uino. Quo facto ait sanctus: laua ip̄m cu; oleo. quod & fecit. Et sanctus Franciscus ait laua ip̄m cu; balsamo: Et frater Leo ait. Et q̄uo possum hic balsamum inuenire? Rn̄dit sc̄tūs Frācisc9 scias frater pecorella dei: q̄ ille est lapis in quo semel sedebat dominus quādo apparuit mihi. Et ideo dixi tibi ut quater ip̄m lauares: quia tunc quatuor mihi ꝓ ordine repromissit: Primū q̄ quicūq; diligeret fratres ex corde & ordinē: benedictione ꝑuentus diuina bene finiret. Secundu; q̄ notabiliter punieṫ istius ordinis ꝑsecutor iniustus. Tertium q̄ malus frater & in malicia perseuerans: diu nō poterit durare quin dimittat ordinem uel confundaṫ. Quartum q̄ ista religio usq; in finē seculi

Lapis repromissionis.

nota

durabit. ¶ Beato francisco infirmāti cū frater Leo eidem assisteret: semel orans deuote: & factus in extasi: ductus est in spū ad quoddā flumen impetuosu; ꝓfundum & latū: ubi cū transeūtes aspiceret: uidit aliquos fratres oneratos ingredi illud flumē: quoꝝ aliqui submergebanṫ in principio: aliqui ī medio. Alii ultra plus uel minus sc̄dm maiorē uel minorē ponderis grauitatem: quod frater Leo nō poterat sine cōpassione uidere. Vidit postmodū alios fratres exoneratos: sine aliquo periculo uel lesione trāsire. Btūs uero Frācisc9 cognoscēs ip̄m aliquā uisionē uidisse. Precepit ut illa; ei diceret. Quod cū fecisset: dixit btūs Francisc9 uera sūt que uidisti. Nā flumen est iste mundus: in quo fratres submerguntṫ: qui nō habēt uoluntariā paupertatē. Veri aūt fratres minores: oīa mundana cōtēnētes: sine periculo a tēporalibus trāseunt ad eterna. ¶ Huic fratri Leoni semel btūs Franciscus dixit. Quod cum ipse in sancta Maria de angelis post truinam oraret ꝓ populo xp̄iano: Xp̄s apparuit sibi dicēs: si uis ut misereat populo xp̄iano: fac ut ordo tuus pemaneat in statu in quo fundaui eum: Et ego amore tui ordinis ab instantibus tribulationib9 mūdū ꝑseruabo. Sed scias q̄ futurum est: q̄ ipsi recedēt de uia ista quā ostendi eis: & me tm̄ ad iram ꝓuocabunt: q̄ dabo cōtra eos magnam demonibus potestatē. Et ipsi ponēt tantū scandalū inter ipsos & mūdum: q̄ nullus erit ausus portare habitum manifeste. & quādo perdet mūdus fidē ordini: nō remanebit ultra lux ī mūdo: quia posui eos in lucem mūdi. Frēs aūt qui latebunt in siluis fugitiui: ꝑ me sicut olim in deserto filii israel pascenṫ. Et iterū dixit btūs Franciscus q̄ ꝓpter peccata populi: deus mitteret magnā famē in mūdo: sed ꝓpter merita uni9 pauperis q̄ uiuit: faceret dilationem: sed q̄ eo mortuo: fames illa horribilis inualescet in tantū: q̄ innumerabiles hoīes famis angustia morienṫ. Sed cum fames illa post sex menses a morte bti Francisci euenisset: btūs ipse Franciscus apparuit fratri Leoni dicēs: q̄ pauperculus ille erat ipse btūs Franciscus: cuius meritis de9 mittere ipsam distulit. Qua tn̄ fame multi obierunt. ¶ Cum post mortē bti Francisci frater Leo affectaret eum uidere: & ob hoc in loco de heremita coram deo se ieiuniis & oꝛonibus afflixisset: apparuit ei btūs Frāciscus tot9 iocūdus & splēdidus: hēns alas cu; pēnis fulgentibus & cū unguibus ad modū aq̄le deauratis. Cūq; frater Leo de tam mirando aspectu mirareṫ: & eius affectu mellifluo recreareṫ: interrogauit btm̄ Frāciscum qualiter in tali effigie apparebat: qui respōdit. Inter alia dona que dn̄s mihi cōcessit: est ut deuotos ordinis mei adiuuem: quasi uolans in tribulationibus eorum citius inuocatus: & eoꝝ ac bonoꝝ fratrum animas ad celestia regna perducā. Demones uero quasi unguibus feriam: ac frēs reprobos & ordinis persecutores dura punitione corrigam & discerpam. ¶ Iste fr̄ Leo in somniis uidit q̄ diuinum iudiciū parabaṫ: & in suo prato quodam angelis tubicinantibus cōgregabatur innumerabilis multitudo. & ecce due scale quaꝝ una erat rubea altera uero alba fuerūt posite una ab una parte illius prati: altera ab alia: quaꝝ proceritas a ter

mirabilis frater Leonis

ra usq3 ad celos tendebat. Apparuit aũt xps in sũmitate scale rubee: quasi offensus grauiter & iratus. Et btũs Franciscus erat aliquãtulũ inferius ꝓpe eũ. Qui amplius descendẽs: frẽs fortissime uocãdo clamabat: dicẽs. Venite frẽs. uenite. accedite ad dñm qui uos uocat: confidite: ne timeatis. Frẽs multi currebant ex patris admonitiõe: & incipiebãt ascendere scalam rubeã confidẽter: Cum aũt ascenderẽt: unus cadebat de tertio gradu: alius de quarto: alius de decimo: alius de medio: & alii de sũmo. Btũs autem franciscus ad tantam fratrum ruinã pietate motus & cõpassione: ꝓ filiis ꝑcabat dñ3. Xps uero ostẽdebat manus & latus: in quibus plage eius renouari uidebant: & sanguis recentissime distillabat. Et dixit ista fecerunt mihi frẽs tui: Et dum btũs Franciscus ꝑseueraret misericordia3 pro filiis postulãdo: post breuẽ morulã per scalã rubeam aliquãtulum descẽdebat & clamabat: dicẽs. Cõfidite: ne desperetis. Currite ad scalam albã & ascẽdite: quia ibi suscipiemini: & per eã celu3 intrabitis. Currentibus aũt fratrib⁹ ad scala3 albã ex admonitiõe paterna: Ecce beata uirgo apparuit in sũmitate scale recipiens eos: & ingrediebantur regnum sine labore.

¶ Alia uice apparuit dñs Iesus xps fratri Leoni: dicens: Ego turbor de fratribus ordinis tui. Cu3 uero ille tremens cãm interrogaret: Respõdit inquiẽs: quia mea beneficia nõ recognoscũt que quottidie eis ipendo: & tu nosti: & nõ tñ spũalia: sed ẽt necãria corpori: cum nõ seminent neq3 metant. Et quia frequenter murmurant & ocio uacant: & quia se ad iram prouocant: & ad amorem cito nõ redeunt: nõ parcentes iniurias ut deberent. Hic frater Leo intentionẽ bti Frãcisci de libris habẽdis quo ad regule obseruantiã: bene nouit: & spãliter ꝙ nullus liber ꝓprius haberet in spãli: sed in cõi. ¶ Frater iste Leo fuit cum btõ Frãcisco apud papã Honoriũ quãdo regulam cõfirmauit: & audiuit papã dicentẽ: Btũs ille qui dei grã roboratus hanc regulã fideliter & deuote seruauerit: quia omnia que in ea scripta sunt sancta & catholica sunt & pfecta. ¶ Btũs iste frater Leo claruit spũ ꝓphetico nam cuidam iuueni existẽti in habitu seculari cum dixisset tu ordinẽ nostrũ intrabis: Ille nũquã potuit quiescere donec introiret ordinẽ: ut sibi frater Leo predixerat. ¶ Mulieri ꝑgnanti que ad uisitandũ locum de portiũcula ob reuerentiã uirginis uenerat que de insula erat assisii: cum dolores partus eam arriperẽt: dubitans ne posset redire ante emissionẽ partus ad dictũ castrũ de insula: frater Leo dixit ne timeas: quia hoc sero domum tuam cum sole redibis (pluebat. n.) & pulchru3 paries pueꝝ. Et sic euenit ut frater Leo pdixit. ¶ Claruit signis cum adhuc uiueret. Quedã. n. mulier de codale coitatus spoleti habẽs apostema sub mãmilla qđ multam saniem emittebat: & auxilio medicoꝝ nullatenus posset iuuari: ad frẽm Leonẽ accedẽs: cum eu3 rogasset ut supra uulnus apostematis signum faceret crucis: cu3 fecisset: statim liberata est ut nullum signũ cicatricis remaneret. ¶ Quidã puer morbo caduco laborans omni die ad frẽm Leonẽ accedẽs clam de tunica eius accipiens: suspendit ad collum: & liberatus fuit. sed casu decidente a collo predicto frusto tunice: cum morbo pristino laboraret: ad prefatum frẽ3 Leonem rediẽs de tũica cum accepisset: & ad collũ suspẽdisset statim fuit & perpetuo a dicto morbo liberat⁹. ¶ Quida3 de castro treuii in carcere a duce spoletano tenebat: qui se orõni fratris Leonis exñtis in loco de portiũcula cõmendauit: apparente sibi fratre Leone i medio die cum gausapa in manu: & patefaciẽs carcerem: uidẽtibus aliis ipm de carcere extrahẽdo: ad sancta3 Mariã de portiũcula adduxit: Cũq3 ille quereret frẽ3 Leonẽ & inueniret ac grãs referret. Rñdit nõ mihi: sed beate Marie de candelis: cui⁹ ẽ hodie festũ gratias referas que te liberauit. ¶ Frater Leo in die dominico cum iret ad sctm̃ Paulũ ubi erãt molẽdina de assisio molentia: Et redarguẽs molẽdinarios: qui culpam suam dicẽtes: dum ad molẽdinũ rediissent: molas stantes inuenerũt aqua currẽte & omnib⁹ stantib⁹ ut prius. ¶ Comitissa de anguillaria fratri Leoni deuota dum amisisset loquella & oia pro eius morte essent parata: a quadam dña fuit sibi dictum: Tu habes fidem in sancto fratre Leone: recomẽda te sibi: Illa cu3 loqui nõ posset ore: corde se recõmẽdãs fratri Leoni: stati fuit optime liberata. ¶ Hic mãdato fratris Crescentii generalis ministri: & capituli generalis: cũ fratre Ruffino & fratre Angelo legenda3 cõposuit beati Francisci: quã legendã trium socioꝝ in hoc opere multotiens noiaui & noiabo. Frater Leo iste ut dictu3 est Fratrem Bernardu3 de qnta ualle gloriosũ3 post mortem eius uidit. Hic tandẽ sctitate plenus ad deũ pergens post mortem sepultus est assisii. Cum bto Francisco in eius ecclesia & cum aliis sociis.

¶ De fratre Guilielmo de anglia.

Sextus frater qui iacet assisii in ecclesia sancti Francisci est frater Guilielmus de anglia. hic ut dicit loco fratris Ioannis de capella qui ordinẽ exiuit & fcũs leprosus se suspẽdit: & sic a nũero duodenario sociorum beati Francisci exclusus est: rõne uite & sanctitatis tali numero duodenario socioꝝ insertus: uelut alter Mathias collegio apostoloꝝ: duodecimus frater & socius beati Francisci cõputat. Hic qualis fuerit in uita: post eius mortem miracula declarũt. Adeo magnis & multis claruit signis: ut. b. Francisci famã sanctitatis obũbrare uideret. Quapropter frater Helias tunc ordinis generalis minister sibi mandauit ꝙ miracula amplius nõ faceret. Et sic fecit. Destitit enim a miraculis ꝓpter ꝑsentiã honorificandam & famam sui patris beati Francisci.

¶ De frẽ angelo uno de sociis beati Francisci.

Septimus frater sctũs qui Assisii iacet in ecclesia bti Francisci: est frater Angelus de Reate. Hic fuit primus miles qui ordinẽ igressus ẽ. Cum isto deniq3 fratre Angelo: Fratre Petro cathanii & fratre Bernardo de qnta ualle: iuit btũs Franciscus romã ad dñm papam Honoriũ: ut diem determinaret ꝓ indulgentia sancte Marie de portiũcula: quã antea sibi perusii cõcesserat. Hunc btũs Frãciscus cu3 fratre Leone & frẽ Masseo assumpsit in sociũ: quãdo primo ad sacrum montẽ aluerne accessit: & ibi cũ eo

Miracula fris Leõis

stetit. Istum credo esse illum frēm Angelū de quo habetur in legēda antiqua qui ualde timebat demones: & de nocte hac de causa nō audebat stare sol⁹. Quod pandēs btō Francisco: eidem ipse pr̄ mandauit ꝙ ascē deret solus unum montē ualde altum: & alta uoce diceret: Superbi demones: omnes uenite ad me modo: & quicquid poteritis facite mihi. Quod cū ille humiliter fecisset: nec aliquis demon ad eū uenisset: postea impauidus effectus est. Ad mortē deueniēs: cū prefatis fratribus sanctis est tumulatus: Et ut sanctus habitus est & depictus.

¶ De beato fratre Masseo uno de sociis. b. Frācisci.

Octauus frater sctūs iacēs assisii in ecclesia. b. Frācisci: est frater Masse⁹ marignani: qui fuit gratia uerbi adornatus & discretiōe ꝑcipu⁹: Propter que btūs Franciscus (quia qñ rapiebat satisfaciebat ad se uenientibus) libēter eū secū ducebat. ¶ Hunc btm̄ frēꝫ Masseū btūs Franciscus uolēs ꝓbare: eo uocato dixit: ꝙ quia socii sui habebāt grām orā di & cōtēplandi deum: ipse uolebat ꝙ oīa officia eoꝝ faceret. s. faciendo portam coquinaꝫ & omnia officia domus: & hoc per obedientiā. Frater Masseus iniuncta oīa perfecit libēter. Sed sup hoc stimulati cōsciētia frēs eius socii: ꝙ solus ipse oēm loci portaret laborem: a tali onere btō Francisco diuidēte officia: & singulis dando suum: Frater Masseus est liberat⁹. ¶ Hic est ille frater Masseus qui bti Francisci ꝓbauit humilitatem. Nā btō Francisco reuertēti de silua & ad cellam pergenti: in loco de portiūcula: Factus obuiā frater Masseus: eum sic cepit alloqui: dicēs. Vnde tibi. unde tibi. unde tibi? Et querēti. b. Frācisco quid? Rñdit frater Masseus dicens ꝙ totus mūdus uadit post te. Tu nō es hō pulcher nec litterat⁹: & sic de aliis ut dicet infra fructu & cōformitate. xviii. Rñdit. b. Franciscus post spaciū oculis eleuatis in celū: uis scire uñ mi hi inquit: hoc mihi est ab illis oculis dñi sctissimis: q nō uiderūt inter malos magis peccatorē uiliorē & simpliciorē me. Quo audito: Frater Masseus de humilitate beati Frācisci fuit certificatus. ¶ Huius beati uiri

Nota hūi litateꝫ bti Francisci

Btūs Franciscus intellexit & cordis uidit archana: nā cum iret cū btō Francisco & antecedēdo btm̄ Frāciscum ad quoddā triuiū quo hō poterat ire Aretiuꝫ Senas & Florentiā: peruenisset: & btm̄ Franciscū expectasset: ac eidem dixisset per quā uiam ire uellet. Rñ dit btūs Franciscus per illam quā dn̄s ostendet nobis ibimus. Et cū frater Masse⁹ diceret: Quomō hoc scire poterimus? Rñdit. b. Franciscus: per signū qd̄ faciam in te. Vnde mandauit eidē per sctāꝫ obedientiā ꝙ uolueret se in girū: sicut aliqñ solent facere pueri: & nūquā cessaret: donec ipse sibi diceret. Quod faciens: ex uertigine capitis pluries cecidit. Tādē dixit sibi btūs Franciscus ꝙ se nō moueret: & diceret uersus quā partem uel patriā hēret facieꝫ. Et ille diceret uersus Senas: Btūs Franciscus dixit: Vadamus senas: quia sic ē dei uoluntas: Quo accedens: populus sciēs bti Francisci aduentū: ei obuiam euntes ipm̄ & sociū perpēsiles: ita ꝙ terrā minime tangere poterāt usqꝫ ad epatū portauerūt. In illa hora: aliqui ciues pugnabāt adinuicē: ita ꝙ erant iam duo mortui: Btūs aūt Franciscus surrexit: & ita gratiose & sancte ꝑdicauit illis hoibus: ꝙ omnes reduxit ad pacē & concordiā. Propter qd̄ op⁹: ēpus inuitauit btūm Franciscū: & eum suscepit cū magno honore. De mane uero btūs Franciscus laudē fugiens humanā: insalutato epo: recessit de senis cū socio: Propter qd̄ Frater Masseus ibat murmurādo per uiaꝫ: dicens: quid fecit hic bonus homo? me ut pueꝝ fecit uoluere: & epo qui nos ita bene recepit nec uerbum dixit in suo recessu: nec grās retulit: & uidebant sibi hec oīa indiscrete facta. Tandem nutu dei ad cor rediens & se durissime arguēs: dixit Frater Massee tu es ualde superbus: quia opa diuina diiudicas: & es dignus inferno: quia deo cum tua indiscretiōe rebellas: Nam in ista uia tam sancta opera sunt facta p frēm Franciscum: ꝙ si ea fecisset angelus: nō fuisset mirabilius. Nam omnia que in ista uia peracta sunt: ex ordinatione ꝓcesserūt diuina: ut pꝫ ex fine optimo subsecuto: quia & ad pacē reduxit ciues: & multas aīas a baratro inferni liberauit: & propterea tu es stultissimus & superbus: qui murmuras de his que processerunt a uolūtate diuina. Hec aūt frater Masseus aliquātulum ꝑcedens btm̄ Franciscū: secū dicebat in corde suo. Btūs aūt Franciscus oīa ꝑfata uidēs lumine diuino: clamauit post tergum fris Massei: dicēs ad ea que nunc cogitas te teneas: quia sunt bona & utilia tibi sicut a deo inspirata. Murmuratio uero quā faciebas: est mala ceca & superba: a diabolo tibi in anima seminata. Que audiens frater Masseus stupuit: uidēdo btūm Franciscū scire tam subito eius cordis archana. Et cōprehēdebat ꝙ btūs Frāciscus in suis actib⁹ semper diuina grā dirigebat. ¶ Cum btūs Franciscus socios suos ad diuersas orbis partes ad ꝑdicādū binos misisset: ut qd̄ preceperat ipse exerceret: elegit ire uersus Franciā cum frē Masseo. Et cū ad quasdā habitationes uenissent fidelium: necesse habuerūt ut regula mandat mendicare. Et cum btūs Franciscus iuisset p unam uiam. Et frater Masseus per aliā: elemosinas acquisierūt. Et quia btūs Franciscus erat hō despectus: & frater Masseus pulcher: plures & pulchriores habuit elemosinas & bolos panis. Cum uero ad quēdaꝫ fonteꝫ uenissent: In cuius margine lapis erat pulcher & magnus: extrahētes frusta q̄ acqsierant: uidēs btūs Franciscus ꝙ frusta fratris Massei erant pulchriora q̄ sua: exultās in spiritu pro desiderio paupertatis ait. O frater Massee: nos nō sumus digni de tanto thesauro & tā magno: Et hec gradatim uocē eleuando: pluries replicauit. Rñdit frater Masseus: pr̄ charissime: qūo pōt dici thesaurus: ubi est tanta paupertas? quia nō ē hic cultellus neqꝫ tobalea: nec scutella: nec incisorium: nec domus: nec mensa: nec famulus: nec famula. Respondit btūs Franciscus: & hoc est ꝙ puto magnū thesaurū: ubi nihil est de his que preparātur humana industria: sed quicquid adest totū est a diuina ꝓuidentia ministratuꝫ: sicut apparet manifeste in pane acqsito: in lapide tam pulchro: & in fonte tam limpido. Vñ uolo ꝙ rogemus deum: ut thesaurus sancte paupertatis tam nobilis: qui hꝫ deū administratorē faciat nos

cū toto corde diligere. & sic de illis frustulis panis sa tiati: gratias agētes deo: uersus Franciam iter arripiūt. Et cum uenissent ad quandā ecclesiam: & in eam intrantes: Beatus Franciscus iuit ad orandum post altare: ubi uisitationis diuine recepit tam ignitum feruorem eius animā ad paupertatis concupiscentiam inflāmantem: q uidebatur ex facie & oris hiatu quasi flāmas ardoris emittere: Et egrediens ad socium sic ignitus ore uehementer dicebat a a a Frater Massee: prebe mihi te ipsum. Et hoc fecit ter: Frater Masseus stupens de tam uehementi feruore: cum tertia uice dixisset Beatus Franciscus prebe mihi te ipsū: misit se totum in brachia sancti patris. Tunc Beatus Frāciscus cum hiatu magno & spiritus sancti feruore ac clamore ualido reiterando a a a: leuauit Fratrem Masseum cum ipso flatu in aerem: & impulit illum ante se quātum esset unius haste longe mensura. quod uidēs frater Masseus: stupuit de tam mirando sancti patris feruore: & retulit postea sociis: q in illo sancti Francisci impulsu tantam dulcedinem & consolationem spiritus persensit: q nunquam in uita sua tam maximam consolationem se meminerat habuisse. postea Romā pergentes: Beatus Franciscus fuit a sanctis apostolis Petro & Paulo dulciter amplexat⁹. ut dicetur fructu uigesimo tertio & conformitate: & quia Beatus Franciscus a sanctis Apostolis Petro & Paulo petierat ut pro ipso & sociis custoditionem thesauri paupertatis impetrarēt a Christo: Beati Apostoli sibi dixerūt. Frater Frācisce: qa hoc tu petis & desideras: q ipse Christus & sancti Apostoli hic seruauerūt: iō notificamus tibi ex parte domini nostri Iesu Christi: q tuum desiderium est adimpletum. Et ipse dominus noster Iesus Christus nos misit ad te: ut annūciemus tibi q oratio tua ē exaudita: & thesaurus sanctissime paupertatis tibi & te sequētibus perfectissime est concessus. Et tibi ex parte Christi dicimus: q quicūq3 hoc desideriū tuum exequētur: de regno beatitudinis sunt securi: & tu & omnes tui sequaces erunt a domino benedicti. Que omnia Beatus Frāciscus fratri Masseo socio suo reuelauit. ¶ Hic frater Masseus audiuit Christū concedentem indulgentiam Beato Francisco pro ecclesia sancte Marie de portiuncula: dum esset ipse Beatus Frāciscus in dicta ecclesia coram Christo uirgine Maria & angelis. Et iuit cum eo Perusium ad dominū papam Honorium: & dominus Honorius papa concessit sibi ut dicetur fructu & conformitate quarta decima. Et beatus Franciscus dixit fratri Masseo: q indulgentia sibi per dominum papam concessa: a Christo erat in celo cōfirmata. ¶ Beatus Franciscus ut dictū est supra: uolēs scire an deberet orare uel ire ad predicandum: hunc fratrem Masseum ad fratrem Siluestrū misit & ad beatam Claram: ut per eos de beneplacito declaratus diuino: sciret quid ageret. Sed fratre Masseo Beato Francisco referente de uoluntatis domini rūso: Idē. b. Frāciscus ipso fratre Masseo accepto p socio & fratre Angelo (ut credo) de reate: iuit ad pdicādū. Et tunc euenit miraculū illud corā prefatis: q multitudo maxima auium congregata ad audiendū predicationem beati Frācisci steterunt & uenerūt. ¶ Hūc fratrem Masseum beatus Franciscus misit ad fratrem Ruffinum tētatum a diabolo & nequiter deceptum: quem nolentem ad beatum Franciscū operatiōe diaboli uenire: Frater Masseus suo eloqo sancto perduxit: ac a diaboli insidiis extitit liberatus ut statim dicetur. ¶ Frater iste Masseus audiēs quēdam fratrem habere profundissimam humilitatem: que ipsum sanctificabat confirmabat & in dei gratia crescere faciebat: & q melius est: nunquam a deo cadere permittebat habentem: ad habendam hanc uirtutem humilitatis Frater Masseus exarsit: intantum q eleuans oculos ad celum uoto se strinxit firmissimo: nunquam se in isto mundo uelle letari: si hanc sue anime uirtutē non sentiret adesse. Quia uidebatur sibi q esset dignus inferno nisi ad ipsam humilitatē peruenisset. Et cum tristis sic per dies plurimos permansisset: in fame & siti & multis lachrimis se mactando: ac dum quadā die per siluā eundo pro desiderio uehemēti dicte uirtutis: & singultus & luctus clamores & lachrimas emittēdo: & dari a domino sibi humilitatē postulādo: uocē de celo bis eum uocantem audiuit. Frater Massee. Qui p spūm Christū bndictum recognoscēs. Respondit: dñe mi. dñe mi. Et dominus ad eū. Quid uis dare. Quid uis dare. ad hanc gratiam possidēdā. Et frater Masseus respondit: oculos capitis mei. Et dominus ad eum. Et ego uolo q oculos & gratiam habeas. Tunc Frater Masseus remansit in tanta gratia optate humilitatis & lumine dei: q cōtinue erat in iubilo: Et sepe quando orabat faciebat unum iubilum uniformem: & uoce obtusa faciebat sicut columbus u u u: ac facie hilari & iocunda contemplationi uacabat. Et super hoc humillimus factus se uiliorem cunctis hominibus reputabat. ¶ Interrogauit sanctus Frater Iacobus de Falerono Fratrem Masseū quare uersū non mutabat in iubilo: Respondit Frater Masseus cum magna letitia. Quia cum in una re inueniā omne bonum: non oportet uariare uersū. ¶ Sanctus Frater Masseus requisit⁹ semel: quare erat pre solito tristis: Respondit. Quia & si profundissimam humilitatem possideam dei gratia: hoc tamen mihi non est concessum: q & si nollem aliquod malum illi qui mihi fecisset iniuriam: & si bona cupiā & procurem ut mihi: tamen eum non sic diligo ut me: nec placet mihi quando audio eum comendari. ¶ Iste Frater Masseus erat solitus dicere q melius est ire ad sanctos uiuos q̄ mortuos idest ad bonos homiēs qui supersunt in mundo: q̄ uisitare sanctorum limina: Nam tales docebunt te multa per que transierunt scilicet periculosas tentationes temporales & spirituales. ¶ Uni referenti aliorum mala dixit Frater Masseus. considera semper facta bonorum scilicet Beate uirginis & sanctorum: & nunquam facta malorum. Si enim malus es considerando facta bonorū: hodie & cras habendo ante oculos facta bona: de necessitate fies bonus. Si bonus es: eris melior. Sed considerando facta malorum: si bonus es: fies malus: si malus: fies deterior. ¶ Hic frater Masse⁹ de sero comedebat: & statiū cel-

per nobis

magnus planctus fuit illa die in Assisio in populo de passione domini: ꝙ nunquam fuit similis de passione domini auditus. Vnde edificato populo beatus Franciscus & Frater Ruffinus se tunicam induerunt & ad sanctam Mariam ambo sunt reuersi. Et beatus se esse putabat qui posset eos tangere: uel fimbriaꝫ uestimēti. ¶Dum frater Ruffinus semel iret pro pane queritando per Assisium: ecce quidam demoniacus ligatis manibus & pedibus a multis sociatus ducebatur ad beatum Franciscum ut eum liberaret: Qui cum a longe uidisset scm̄ fratrē Ruffinū statiꝫ cepit clamare & furere taꝫ fortiter: ꝙ fractis omnibus uinculis de manibus omnium exiluit. Et cum illi de hoc mirarentur: & demoniacum interrogarent quare sic fecisset: respōdit. Quia ille Frater pauperculus: ille Frater humilis sanctus Frater Ruffinus: qui incedit cum tasca: suis sanctis uirtutibus & humilibus orationibus: me incēdit & cruciat. Vnde non possuꝫ hic plus morari: & statim exiuit. Quod aduertens Frater Ruffinus: quia illi homines & homo sanatus magnam sibi reuerentiā exhibebāt: hortatus est eos ut in his omnibus glorificarent deum & saluatorem nostrum dominum Iesum Christū ¶Item Frater Ruffinus stigmata beati Francisci uidere promeruit. Sed ad cognitioneꝫ uulneris lateralis triplici modo & uia peruenit. Primo lauando femoralia Beati Francisci: que ex parte dextri lateris multipliciter cruentata de sanguine: qui de plaga lateris exibat: inuenit. Naꝫ Beatus Franciscus post impressionem sacrorum stigmatum femoralia usque ad axillas portabat. Secundo scalpendo beatum Franciscum: digitos in dictam plagam studiose immisit. Propter quod beatus Franciscus angustiatus: maximum clamorem emisit dicens. parcat tibi deus Frater Ruffine: quare hoc facere uoluisti? Tertio dicendo Beato Francisco ꝙ sibi hanc gratiam faceret ut eius tunicam ipse acciperet: & sibi suam daret. Quod cum beatus Franciscus faceret expoliando se: quia non habebat nisi unam tunicam: Frater Ruffinus curiose intuēdo: dictū uulnꝰ laterale oculis aspexit. Infirmatus frater Ruffinus ad mortem: cum frater Leo illam uisionem uidisset de fratre Bernardo. ut dictum est: & credens se esse illum fratrem pro quo illa fratrum multitudo iret processionaliter: & quia grauius infirmabatur q̄ Frater Ruffinus: existimans se moriturum: surrexit ut potuit: & totus letus Frater Leo iuit ad fratreꝫ Ruffinum & dixit ad eum. Frater charissime credo ꝙ deus uelit me uocare ex hac uita ad se: Frater Ruffinus respōdit. Frater Leo tu es deceptus: quia non de te sed de me est uisio quā uidisti. Et dixit frater Ruffinus tu uidisti hoc in somnis. ego uero uigilando. Beatus enim Frāciscꝰ uenit ad me cum illa multitudine dicens mihi: ꝙ cum illis pergerem ad dominum breuiter moriturus. & tunc osculum dulcissimum mihi dedit: & os meum odore repleuit mirabili. Et ut uerum me dicere comprobes appropinqua & senties redolētiam in ore meo ab osculo sancto derelictaꝫ. Cumqꝫ Frater Leo appropinquasset: tanta odoris fragrantia ē pfusus: que ex ore Fratris Ruffini exhalabat: ꝙ totus alteratus credidit Fratri Ruffino de his que dicebat. Frater uero Ruffinus. tūc ueniēs ad mortem: uocatis fratribus ipsos ad seruandam paupertatē & charitatem mutuam ammonuit: & admonitione facta in domino obdormiuit. Et cū illa comitiua sanctoruꝫ celum adiit: sepultus Assisii in ecclesia beati Francisci.

¶Decimus Frater qui iacet Assisii in ecclesia Beati Francisci est Frater Guido de Senis laicus: huic Frater Leo socius beati Francisci iam mortuus apparuit. Et mortem suam fratribus ipse predixit.

¶Vndecimus frater qui iacet Assisii in ecclesia sancti Frācisci est Fr̄ Egidius de Capotiis uir Magne sanctitatis.

¶De fratre Valētino de Narnia.

d Vodecimꝰ frater iacēs Assisii in ecclesia beati Francisci sepultus: & paruuꝫ tempus est ꝙ decessit: est Frater Valētinus de Narnia. Qui nobilis genere habuit filias duas & tres filios & unuꝫ castrum. Qui diuino compunctus spiritu: omnia relinquēs: filias in monasterio sororum ordinis Sācte Clare: se uero cum tribus filiis fratrem minorem fecit. sed primogēitus nouitius recessit: & doctor legum in mūdo extitit. Minimus dum uellet ab ordine egredi: orationibus fratris Nicolai laici de Assisio qui nunc coruscat miraculis: Perusii retentus: mortuus est in ordine & deuote. Alter etiam in ordine stetit. ¶Hic Frater Valētinus uixit in ordine bene triginta annis: semper comedendo panem & aquam: decem annis comedendo sine aliqua alia admixtione: solum panem in aqua absinthii intingendo. Ad carnem cilitium semper detulit: tunica habituali chorda & femoralibꝰ diues: nil aliud ferendo in capite nec in pedibus: usque ad uite finem sic permansit. ¶Hic in loco de carcere tempore stetit permaximo: ac ibidem diem clausit extremum. & primo ad sanctam Claram: demum ad ecclesiam Beati Francisci de Assisio deductus: & ibideꝫ tumulatus: multis cla uit & claret miraculis. Isti ergo duodecim fratres sunt Assisii in ecclesia Beati Francisci qui sanctitate fulserunt tumulati. In aliis locis ꝓuincie multi sancti fratres iacent miraculis & sanctitate preclari. ¶In loco sancte Marie de Angelis siue de portiuncula iacent infrascripti fratres.

¶De Fratre Petro Cathanii socio beati Francisci.

f Rater Petrus Cathanii fuit sanctus frater & filius ac socius Beati Francisci. Istum Beatus Franciscus cum esset canonicus maioris ecclesie de Assisio: distractis omnibus una die cum sancto fratre Bernardo de Quinta ualle ad ordinem recepit & fratrem fecit. ¶Hic Frater Petrus primo fuit Beati Francisci Vicarius: & demum Beato Francisco renunciante officio Generalatus coram fratribus ipse Frater Petrus factus est generalis minister. ¶A fratre Petro isto dum Beatus Franciscus abrenunciasset gn̄alatus officio petiit ipse btūs Franciscꝰ ut scāe obediētie hēret merituꝫ: sibi unum de sociis in suum dari guardianum: cui humiliter obediret: quod & factum est. Cui beatus Franciscus uiuendo & moriendo firmiter obediuit. ¶Iste Frater Petrus dum Beati Francisci esset Vicarius: ab ipso beato Francisco quesiuit si

sibi placeret ut de rebus Fratrum ordinem intrantium propter multitudinem Fratrum ad locum Sancte Marie aduenientium & ordinem ingredientium: & propter rerum penuriam aliquid reseruaretur. Respondit Beatus Franciscus. Malo te altare uirginis gloriose cū necessitas id requirit nudare: q̄ contra paupertatis uotum & obseruantiam euangelii aliquid attentare. Gratius enim habebit beata uirgo sancti euangelii perfecte obseruato consilio: suum altare detegi: q̄ altare uestito: filii sui promissum consilium pretermitti. Deniq; cum propter multitudinem fratrum ut possent recipi in loco sancte Marie de portiuncula: & ut locum haberent fratres ad dicendum officiū: fecisset fieri quādam domum: super hoc a beato Francisco fuit redargutus: & ab eo audiuit q̄ nolebat ut Fratres in dicto loco facerent domos pro consolatione: sed potius incommoda sustinerent & tribulationem: ut locus ipse esset ceteris forma & paupertatis exemplum. ¶ Huic fratri Petro suo Vicario beatus Franciscus culpam fratris infamati discutiendam commisit: & si culpabilem reperiret puniret: si uero non: infamanti redderet penam cunctis notabilem. ¶ Iste Frater Petrus una cum fratribus uidelicet Bernardo de Quinta ualle. Ruffino & Masseo marignani audiuit Christum concedentem indulgentiam pro ecclesia Sancte Marie de portiuncula: & diem determinantem. ac ad Dominum Papam Honorium pro confirmatione & determinatione diei indulgētie Romā iuit. ¶ Iste Frater Petrus postquam Vicariatus & Generalatus officium per tempus gesserat: uocatus a Domino per mortem: maximis in loco sancte Marie ubi est reconditus cepit coruscare miraculis. propter quod cum multi homines & mulieres ad eius sepulchrū concurrerent: & fratres

Mira res

ex hoc inquietarentur: Beatus Franciscus ad eius accedens sepulchrū: & stans super ipsum dixit. Frater Petre: sicut mihi fuisti obediens in uita: sic uolo q̄ sis & modo. Et ideo quia Fratres propter te inquietantur a personis secularibus: tibi per sanctam obedientiam mando: q̄ deinceps nullum facias miraculum. Mirabile dictu. Frater Petrus ex tunc a miraculis destitit. & nullum deinceps fecit. ¶ In hoc loco sancte Marie iacent quattuor Fratres de sociis beati Francisci cum isto Fratre Petro: quorum nomina non inueni. ¶ Iacent etiam in eodem loco sex fratres alii: qui animam Beati Francisci in specie solari celum uiderunt adire. ¶ Frater Iacobus in hoc etiam loco Sancte Marie iacet qui uidit animam Beati Francisci euolare ad celum sicut stellam super nubem candidā. ¶ Iacent etiā in hoc loco sancte Marie Fratres illi qui audierunt & uiderunt multas aues alaudas congregatas: cantantes super tectum ecclesie Sancte Marie in obitu Beati Francisci.

¶ De fratre Ioanne simplici.

¶ Frater Ioānes simplex in hoc loco Sācte Marie de portiuncula iacet: qui Frater Ioannes simplex uidens beatum Franciscum quandam scopantem ecclesiam eum iuuit: & ad ordinem per Beatum Franciscum receptus cum ipso Beato Francisco sepe ibat: & adeo erat simplex q̄ quidquid faciebat Beatus Franciscus & ipse faciebat: si spuebat Beatus Franciscus: & ipe spuebat: si genu flectebat. & ipe flectebat genua: & sic de aliis. Et cū a btō Frācisco sup hoc repheнderet. Respondit: ego promisi facere omnia que tu facis. Hic tantum in uirtutibus creuit & sanctis moribus q̄ omnes fratres mirabantur. Et tandem añ mortem beati Frācisci obiit. Vnde. b. Frāciscus narrando fratribus eius conuersationem: non fratrem Ioannem sed sanctum fratrem Ioannem nominabat. ¶ Plures alii sancti fratres in hoc loco sunt sepulti. ¶ In hoc loco in signum dilectionis Beatus Franciscus uoluit: q̄ post mortem suam suum cor a corpore ammotum collocaretur. ut a fratribus antiquis ego ipe accepi. & est (ut dicitur) in altari capelle beati Francisci ibidem locatum. Ipm enim locum ut dicetur Fructu quarto decimo & uigesimo octauo & cōformitate pre omnibus locis mundi Beatus Franciscus dilexit.

¶ De beato fratre Egidio tertio socio beati Frācisci.

iN perusio iacent isti sancti Fratres. uidelicet Frater Egidius sancte memorie de Assisio: qui fuit tertius Frater filius & socius Beati Francisci: cuius uitam succinte primo hic subdam: & demum eius sacra dicta & admonitiōes. ¶ Hic gloriosus uir de Assisii ciuitate oriundus: cum audiret a suis consanguineis q̄ dominus Bernardus de Quinta ualle maior homo de Assisio: & dominus Petrus Cathanii qui erat canonicus ecclesie cathedralis: Distractis omnibus uita & habitu Beato Francisco adheserant: a deo inspiratus post octo dies ad Beatum Franciscum studuit se transferre: ut se eidem prefatorum habitu & uita coniungeret. Et cum locum nesciret ubi Beatus Franciscus cum prefatis maneret: in quodam triuio positus dominum rogauit: ut sibi uiam panderet ad inueniendum Beatum Franciscum. Ipsoq; dirigente ad locum seu tugurium in quo Beatus Franciscus cum prefatis morabatur: peruenit. Et cum de his que conceperat cogitaret: Beatus Franciscus ei occurrit. Quem ipse Egidius uidens ad eius pedes prostratus: cepit eum rogare ut eum cum Fratre Bernardo & Fratre Petro ad suum consortium recipere dignaretur. Beatus Frācisc⁹ attendens eum esse fidelissimum & deuotum eidem dixit. Charissime magnam gratiam facit tibi Christus: qui te in suum militem eligit & seruitorem: & sic confortauit eum: & monuit eum: ut in uocatione sua qua a domino uocatus erat persisteret. uocauitq; Beatus Franciscus fratres Bernardum & Petrum dicens unum bonum fratrem nobis misit dominus. Qui simul gauisi in domino comederunt. Cumque Beatus Franciscus cum ipso Egidio Assisium pergeret: ut pro habitu eius pannum procuraret: occurrit Beato Francisco in uia mulier paupercula petens elemosinam: cumq; Beatus Franciscus nihil haberet ad dandum: uultu Angelico conuersus ad ipsum Egidium dixit. Demus sibi mantellū tuum charissime amore domini nr̄i Iesu Christi. Qui uultu Hilari expoliās se dedit illi. Et statim uisum est ipsi Egidio q̄ elemosina illa ascēderet celū: & sensit se ptinus gaudio quodā perfundi. Sed demum ipsum beato Franci



sco in festo sancti Georgii habitu ordinis induente factus est Frater minor. Quo induto Beatus Franciscus cum ipso uersus Marchiam pergēs exhortabatur homines ad penitentiam. Et beatus Frater Egidius dicebat ut eidem crederent: quia bonum consilium eis dabat. In ipso autem itinere beatus Franciscus prophetando de dilatatione ordinis: dixit Fratri Egidio. Nostra religio similis erit homini piscatori q mittit retia in aquā capiens pisciū multitudinē copiosaꝫ: & paruos in aq̄ relinquens: magnos eligit in uasa sua.

De ei⁹ deuotione.

¶Temporis in processu beatus Frāciscus ad sanctū Iacobum eundi licentiaꝫ cōcessit: in quo itinere nunquam famem a se repulit: propter penuriam quam domini amore tollerabat. unde die quodam cum iuisset pro elemosina: & nihil inuenisset: ad quandam aream perrexit: & inuentis quibusdam granis fabarum se refecit: & cum se somno dedisset: surrexit adeo fortis ac si multa grana pigmētorum comedisset. ¶In quo itinere obuians cuidam pauperi motus pietate: caputium auferens ab habitu sibi dedit: & diebus uiginti sine caputio ambulauit. Cumqꝫ sic deformis ad castrum quoddam Lombardie nomine ficarolum peruenisset: a quodam uocatus: ad ipsuꝫ quia indigebat libenter accessit: sperās aliquid habere amore dei. Taxillos ille si uellet ludere in manibus eius ponit. Frater uero Egidi⁹ in nullo motus dixit sibi dominus parcat tibi. Et sic per mundum habitu deformi eūdo frequenter deridebatur. ¶Post hoc socio habito a beato Francisco & licentia de uisitando domini sepulcruꝫ Brunduxium deuenit: & cum ibi esset pluribus dieb⁹ procurato urceo: ibat aquam portando: & necessaria pro uictu sibi & socio acquirebat. Postea mare transiens: cum deuotione maxima sepulcro uisitato cum aliis locis: ad ciuitatem Achaie deuenit: ibiqꝫ moram contrahens ut de labore suo uiueret: Faciebat sportas ex iuncis: quibus illi homines utebātur: portabat etiam defunctos ad cimiterium: & aquam per ciuitatem: & sic uite necessaria lucrabatur. Quando hec facere non poterat: recurrebat ad mensam domini elemosinam hostiatim petendo. Demuꝫ ad sanctam Mariam de portiuncula est reuersus. ¶Visitauit etiaꝫ sanctum Angelum & sanctum Nicolaū de Bari. & quando ibat per mūdum: hortabatur homines & mulieres ut deum diligerent & timerent: ac penitentiam agerent de peccatis. ¶Die quadam dum esset fessus ualde ex itinere & famem pateretur: iuxta uiam ad dormiendum se posuit: Et cum surgeret a somno: inuenit iuxta caput suum diuino beneficio medium panem. Et gratias deo agens cuꝫ comedisset est confortatus.

De exercitio ei⁹ & uitatione ociositatis

¶Missus a beato Francisco ad standum Romam: uolens de labore manuum suarum uiuere: ibat ad siluam distantem per quattuor miliaria: & incidebat ligna & portabat ad urbem: & necessaria pro uictu accipiebat. Semel ligna uendidit uni mulieri: & cum uidendo eum esse religiosum uellet sibi plus dare q̄ pacta esset cum eo: Frater Egidius noluit accipere: sed medietatem etiam precii sibi dimisit. Dicens nolo ꝙ auaritia me uincat: unde aliquod opus quantumcūqꝫ uile non dedignabatur peragere dummodo honeste id posset exercere. ¶Ibat tempore uindemiarum ad colligendum uuas & eas in torculari exprimebat: & necessaria pro uita sic summebat. ¶Semel iuit ad excutiendum nuces: & cum sibi tot nuces darentur ꝙ gremio capi non possent: exuto habitu & manicis ac caputio ligatis: nudus remansit: & implens habituꝫ nucibus nudus ad urbem reuersus pauperibus dedit. ¶In monasterio sanctorum quattuor coronatorum prope sanctum Ioannem de Laterano purgabat farinam: accipiendo pro salma septem panes. Similiter ꝓ aqua deferenda ibat per miliare ad fontem sancti Sixti: de qua aqua bibebant monachi: & fiebat panis: & pro his panes recipiebat: & quod sibi superfluebat dabat pauperibus. ¶Dum semel aquam pro monachis ibidem adduceret: & quidam ad bibenduꝫ de ea exegisset. Respondit non possum tibi dare & residuū monachis deferre. Ille multas iniurias dixit sibi. Sed Frater egidius alio urceo accepto iuit pro aqua & ad domum se iniuriantis portauit. Quod ut uidit ille suā culpam dicendo: ꝙ parceret sibi rogauit: quod & libenter fecit. ¶Nunquam Frater Egidius in aliquo labore se per totam diem obligauit alicui: ut suas horas dicere & orationi posset uacare. Summa ergo diligentia Frater Egidius uitauit ocium. unde uel laborabat manibus: uel orabat: uel deuotioni: uel salutiferis uacabat uerbis. ¶Vnde cum ipse Frater Egidius esset apud dominum episcopum Tusculanum cardinalem: & iret ad colligendum oliuas: & alia seruitia faciendum: & panem ad dicti cardinalis hospitium portaret: & cardinalis diceret sibi ut de pane suo tanquam pauper manducaret: respondebat uerbum prophete. Labores manuum tuarum quia manducabis &c̄. Huic Fratri Egidio tāquam homini boni exempli dedit licentiam liberam beatus Franciscus ut uidelicet iret quocunqꝫ uellet: & staret ubicunqꝫ sibi placeret. Respondit Frater Egidius ꝙ in tam libera licentia ire & stare nolebat. Et tunc beatus Franciscus septimo conuersionis sue anno misit eum ad heremitoriuꝫ de Fabrione comitatus Perusii. ubi dum esset faciebat casulas ꝓ ciathis conseruandis cophinos & caricannas: & postea deferebat ad ciuitatem & uendebat: & necessaria pro uictu & uestitu recipiebat. Et sic insistebat labori ꝙ unum fratrem induebat. ¶Ad predictum locum accedens ibat discalciatus: & solo habitu contentus tempore magni frigoris: cui quidam obuians dixit: ꝙ non sic iret si sciret se statim paradisum debere intrare. Ad quod uerbum hostis antiquus ei tantum frigus immisit ꝙ fere algore moreretur. Sed meditatione Christi quomodo ibat nudus & discalciatus: subito calefactus laudauit altissimum: qui suo igne sic subito eum calefecerat.

De ei⁹ humilitate

¶In quo loco cū per plures annos stetisset: & semel recordatus peccatorum suorum siluam intrauit: & uocato quodam fratre puero nudauit se: & posita chorda in collo precepit illi fratri ut eum traheret cum chorda ad locum fratrum. Quo ingressi btūs Frater Egidius uociferando clamauit: Miseremini mei Fratres miseremini mei

peccatoris. Ad quem fratres conuenientes & uidentes eum sic nudum lachrimari ceperunt dicentes. indue te pater tunica. Et ille non sum dignus esse Frater minor: tamen si uos uultis mihi reddere tunicam pro misericordia & elemosina recipio ut indignus: & sic recepit & induit. ¶Hunc beatus Frãciscus cernẽs esse idoneum & uoluntarium ad martirium: ipsum cũ alijs fratribus ad saracenos destinauit. Qui uenientes Tunicium a christianis prohibiti sunt saracenis predicare: timebant enim christiani ne propter eos occiderentur a saracenis. unde ipsos ui in nauim reposuerunt: & sic ad partes fidelium ad beatum Franciscum sunt reuersi. ¶Fuit autem Frater Egidius magne obedientie. Nam cum in loco agelli staret: & aliquantulum semel extra locum iuisset: fuit sibi dictum ex parte generalis ministri ꝙ iret Assisium ad eum: Qui noluit ad locum redire: sed uia recta Assisiuz accedebat. Et cum Fratres suaderent ut locum primo reintraret & postea iret. Respondit ꝙ nolebat dicẽs: mihi mandatum est ꝙ uadam Assisium nõ ꝙ reuertar ad locuz. Et sic de loco ubi preceptum audiuit iuit Assisium. Et hoc propter obedientiã seruabat strictissime. ¶Cuidam fratri conquerẽti sibi ꝙ guardianus eidem oranti mandasset ꝙ iret pro pane: & melius sibi uidebatur orare q̃ ire pro pane. Respondit Frater Egidius. Nõdum quid sit oratio cognouisti: quia uera oratio est ꝙ subditus prelati sui faciat uoluntatem. Et dixit Frater Egidius signum superbie est nolle ponere caput sub iugo obediẽtie: & extrahere inde ut uiã que sibi perfectior uidetur adimpleat. Quandiu bos tenet sub iugo caput: implet horrea frumẽto. Si homo esset tã ta deuotione & gratia eleuatus: ꝙ loqueretur cum angelis: & a suo prelato uocaretur: statim debet colloquium angelorum dimittere: & prelato protinus obedire. ¶Hoc exemplo firmauit Frater Egidius semel. Qui raptus coraz domino papa Gregorio & cardinalibus qui ipsum iuerant ad uisitandum Perusii ad locuz de mõte: sibi precepit dominus papa ꝙ statim ad eos deberet redire. Statim qui insensibilis uidebatur cucurrit ad papam: & eius pedibus prouolutus dixit humiliter culpam suam. ¶Audiens Frater Egidius casum Fratris Helie de inobedientia & apostasia ac excõmunicatiõe: prostrauit se in terram: & terre se fortiter toto corpore constringebat. Et interrogatus quare hoc faceret. Respondit uolo descendere quantum possum quia ille descendit tantum propter saltum. ¶Semel Frater Egidius dixit obedientiam uolo experiri cuiusdaz Fratris in sacra theologia magistri qui sancte Clare predicabat & eius sororibus. Cui predicãti dixit Frater Egidius. Tace magister: quia ego uolo ꝑdicare. Qui statiz tacuit. & postquã Frater Egidius in feruore spiritus eructauit melliflua: dixit magistro. Perfice nunc Frater sermonem quem incepisti: & sic fecit. De quo beata Clara exultãs in spiritu dixit: hodie completum est desiderium beati Francisci mihi aliquando dicentis. opto multum fratres meos clericos ad tãtam humilitatem uenire: ꝙ magister in theologia a uoce laici predicare uolentis a predicatione cessaret. Dico uobis Fratres ait sancta Clara: ꝙ plus me edificauit magister sua humilitate: q̃ si uidissez eũ mortuum suscitantem. ¶Fuit Frater Egidius amator paupertatis. Vnde licet laboraret manibus: nihil tamen pecunie recipiebat: sed quantum pro uictu sufficiebat: & residuum dabat pauperibus. Et quia hanc amauit: dominus sibi in necessariis condescẽdit: ut patuit supra in pane ad caput eius inuento diuinitus ministrato. ¶Et similiter cum in principio esset in quodam monte supra castruz Dirute: & nullus sciret hoc de castro uel de cõtrata: & cum socio ibi ageret quadragesimã: ac niues tribus diebus & noctibus in tanta copia descendissent: ꝙ nullo modo nec ad acquirẽdum panem nec ad laborandum posset exire. Inuocato domino per ipsum & socium ut eis subueniret: diuina prouidentia statim affuit: & cuidam de castro dirute inspirauit: ut ad ecclesiam sancti Laurẽtii ubi erant duo fratres accederet: panem & uinum eis deferret. Quod & fecit: cui⁹ hortatu & uerbo alii de castro eis necessaria sufficienter portauerunt. Quod uidens Frater Egidius dixit socio. Frater hucusq3 rogauimus dominum & exauditi sumus: sed amodo ei regratiemur & rogemus pro illis qui elemosinas nobis fecerunt: & sic est factum. ac ipsius Fratris Egidii exemplo & socii multi conuersi de illa contrata sunt ad dominum: & facti sunt fratres. Alii uero uxorati in domibus propriis penitentiam exercebant. ¶Cum Frater Egidius semel iuisset Assisium: Fratres eũ per domum duxerunt ostendentes ei edificia sumptuosa que construxerant: quasi in eis gloriantes. Quibus diligenter inspectis Frater Egidius dixit fratribus illis. Dico fratres ꝙ nihil deficit uobis nisi uxores. Et perturbati fratres de hoc fortiter scandalizati fuerunt. Quibus dixit Frater Egidius. fratres mei. Vos bene scitis ꝙ ita est uobis illicitum dispensare in paupertate sicut in castitate. postquaz paupertatem a uobis reiecistis de facili reicere potestis & castitatem. ¶Mortificatiõi carnis intendebat assidue in seruitutem eam reducendo. quare candore prefulsit nitide puritatis. Vnde Frater Egidius semel comedebat in die hora serotina: & tũc parum ualdé. Et dicebat Frater Egidius. ꝙ caro nostra est sicut porcus qui auide currit ad lutum: & esse in luto continue delectatur. Et caro etiaz est sicut scrabro: qui fimum equinuz uoluere cupit. Caro est pugil inimici. ¶Interrogatus a fratre quodam quomodo possemus carnem a uiciis ipsius preseruare. Respondit Frater Egidius. Qui uult trãsferre magna saxa uel trabes grandes: studeat eas trãsferre ingenio magis quã uiribus. Et in hoc facto est similiter procedendum. Omne uicium ledit castitatem. est eniz sicut speculum clarum qd per solum halitum obscuratur. Impossibile est hominem uenire ad gratiam dei dum ei placet in carnalibus delectari. Caro uult nos tradere die ac nocte: quam qui uincit omnes uicit inimicos & uenit ad omne bonum. ¶Et aliquando dicebat. Inter omnes uirtutes ego diligerem castitatem. Et cum quidã frater diceret. Nõne maior est charitas. R̃ndit Frater Egidi⁹. Et quid est castius charitate: &

Marginal notes: De ei⁹ desiderio ad martiriuz. — de ei⁹ obedientia. — de amore pauptatis — De carnis maceratione & mundítia. — Caro nr̃a sic porcus

Considerate [illegible] exemplum humilitatis

frequenter canendo dicebat. O sancta castitas qualis es qualis es: tu es talis & tanta qualem & quantam te fatui non cognoscũt. ¶Et cum frater peteret quid uocaret castitatem. Respondit. castitatē uoco omnes spiritus custodire gratie dei. Et cum sic castitatem cõmendaret quidam secularis presens dixit. Ego abstineo me ab omnibus preterq̃ ab uxore mea sufficit mihi sic stare? Respondit frater Egidius. Videtur tibi ꝙ homo nõ possit inebriari uino uegetis sue? Apud Spoletum dum esset: audiens uocem unius mulieris tantam sensit tentationem: quantam nunquam fuerat passius: Quam oratione uerberibus & operibus diuinis a se expulit. & sic fuit plenarie liberatus.
Quidam frater tentatus dixit. O si uiderem Fratrem Egidium: cui possem istam tentationem reuelare. Et cum a longe esset nec posset licentiam eundi ad illum habere: cum uice quadam se sopori dedisset: astitit ei Frater egidius: ad cuius presentiam maximam consolationem suscepit. Et exposita tentatione: Respondit Frater egidius. Quid faceres cani si te morderet? Respondit ille percuterem eum & sic a me fugarem. Sic (inqt Frater egidius) uade & fac similiter tue tentationi. Et cum a fratre rogaretur ut ꝓ se oraret: dum surgit a somno sensit se a tentatione liberatum. Plures tentatos exire ab ordine retinuit: & a uariis tētationibus liberauit. ¶Claruit spiritu prophetico. ¶Fratri predicatori tentato de uirginitate beate Marie & eunti ad eum pro cõsilio. Frater egidi⁹ hoc uidens in spiritu ei occurrit & baculo ter terrã ꝑcutiẽdo dicebat. uirgo ante partum. In partu & post partum. & qualibet percussione terre lilium oriendo fratrem a tentatione liberauit. Sanctum Ludouicum Regem Francorum cognouit: qui ad ipsum uidendum in habitu peregrino perusium uenerat: & ei occurrens in amplexus mutuos ruentes: se solo spũ & non uerbo extrinseco alloquentes: ab inuicem discesserunt summe consolati.
Vltima infirmitate decubans: cum Perusini custodirẽt eũ: dixit prophetãdo. dicite Perusinis: ꝙ nec propter miracula: nec propter canonizationem meam unquã pulsabuntur campane: & signum aliquod non dabitur eis nisi signum Ione prophete. Et sic fuit ꝙ post mortem in sepulchro inuẽto in quodã agro ubi erat sculpta historia Ione ꝓphete est tumulatus. ¶Hic sanctus postq̃ in actiue uite operib⁹ deuotissime se exercitarat: Placuit altissimo ad statum contemplationis: eum deducere pre aliis uiuentibus. Sexto enim a sue conuersionis anno in loco de fabrione qui est in planitie Perusii quadam nocte dum deuote oraret: tanta fuit consolatione & dulcedine repletus: ꝙ sibi uidebatur ꝙ dominus uellet animã eius a corpore educere: & cepit sentire qualiter corpus moriebatur: primo a pedibus & sic consequẽter donec anima exiuit. Et stans extra corpus pre nimia pulchritudine delectabatur uidere semetipsam. erat enim subtilissima & lucidissima supra extimationem: sicut ipse retulit prope mortem. Et tunc anima fuit rapta ad contemplanda secreta celestia: que nũquam uoluit reuelare. Ad auditum siquidem domini uel patrie celestis statiꝫ co

de spũ ei⁹ ꝓphico.

de ei⁹ cõtẽplatiõe & raptu multiplici.

ram omnibus rapiebatur. Vnde hoc agnoscentes pastores & pueri ut eum uidebant: ab aliis edocti clamabant paradisus paradisus. Et ipse audiens statiꝫ rapiebatur ibideꝫ. Et quia sic frequẽter rapiebat a consortio hominum se subtraxit & stabat in cella reclusus. Fuit raptus semel coram quinqꝫ ministris qui ad eum uisitandum accesserant. Alia uice coram Fratre Bonauentura ministro generali in horto fuit rapt⁹ per tres horas. Coram domina Iacoba de septem soliis: & Fratre Gerardino petendo si gutta aque cadens in mari nomẽ mari imponat. Et respondente Fratre Gerardino ꝙ non: sed absorbet a mari & substãtia & nomen: statim coram omnibus fuit raptus. ¶Dominus papa Gregorius nonus Perusii cuꝫ misisset pro eo & cum ipso loqueretur: statim immobilis stetit oculis in celum eleuatis. ¶Alia uice ipsemet dominus Gregorius uadens ad uisitandum eum ut posset loqui cum eo: inuenit eum raptuꝫ: & tam diu sic stetit ꝙ papa ei loqui non potuit. Inuitatus a domino papa predicto ad prandium ut cum eo loqui ualeret: & a papa cum gaudio receptus: quidam de astantibus suggessit domino pape ut faceret eum cantare. Quod cum papa hoc ei mandasset. Frater Egidius respondit. Quẽ cantuꝫ pater uis me cantare? & sic pluries replicãs & currens ad aliam partem palatii ponendo unum pedem super alium: raptus stetit usqꝫ ad horam uespertinaꝫ. Et probauit dominus papa & qui cuꝫ eo erant ꝙ nec sensus nec pulsus erat in eo. cenante curia & illo sic permanentẽ papa sibi assistentibus dixit. perdidimus ecce istum hominem: sed in eo probemus uirtutem obedientie: & tunc precipiendo per obedientiam ꝙ statiꝫ ad eum deberet ire: mirabile dictu statiꝫ Frater Egidius qui insensibilis uidebatur cucurrit ad papam: & pedibus suis prouolutus dixit culpam suam. Et tunc dominum papam alloquendo informauit euꝫ de modo in religione obseruando. ¶Moram faciente eo in loco de agello comitatus Perusii: a post uesperas ab hora qua cenauerat & uerba dulcissima dixerat fratribus: raptus fuit usqꝫ ad galli cantum. Et tunc ipso a raptu cessante: cum pergeret uersus cellaꝫ tantum lumen aduenit & splendor: ꝙ lumen lune fuit absortum: quod uidentes fratres merito stabant stupefacti. Quibus ipse dixit quid fecissetis filii si maiora uidissetis. Qui magna inquit nõ uidet: modica magna credit. ¶In prefatis uero raptibus mirabiles consolationes recipiebat: quia deum uidebat & sanctos. Vnde in loco existens de Setona iuxta clusiuam ciuitatem Tuscie: tribus diebus ante natiuitatem domini oranti apparuit dominus Iesus Christus: & ultra eius humanitatem uidit diuinitatem. Et durauit hec apparitio non continue sed interpolatim: usqꝫ ad uigiliam epiphanie. Qua uisione tanta dulcedine fuit repletus: ut crederet animam a corpore exire. & sic exiuit aliquando ut ipse dixit. Vnde cogebatur maximis uocibus exclamare: non sine terrore aliquando fratrũ audiẽtiũ. q̃ uisio ut patebit ex recitatis ab ipso Frẽ Egidio: Fuit multũ mirabilis. Primo qa ut dicebat tali uisiõe ex certitudine dei & oĩum diuinoꝝ oẽm amisit

de cõso[…] nib⁹ a d[…] sibi dat[…] & app[…] tionibu[…]

fidem. Secundo quia Paulus nesciebat an in corpore uel extra se raptum fuisse. Frater Egidius sciuit. nam extra corpus fuit: sicut cuidā fratri reuelauit. Tertio quia hac uisione ut dicebat: deus maiora fecit in eo q̄ in aliquo alio. hoc ostendebat: locum de Scetona ultra omnia loca ultramarina sex exceptis quibus ipsuꝫ comparabat: & ultra omnia loca citramarina cōmendando. Quarto quia hac uisione ut ipse asserebat fuit omnium charismatum & spiritus sancti donis repletus. uñ dicebat ꝙ in monte Pesulo ubi est dictꝰ locꝰ: ecclesia fieri deberet q̄ pētecostes appellaret. hāc uisionē habuit eo āno quo btūs Frācisꝰ mortuus est: decimo octauo āno a sua cōuersione. Quinto hac uisione fctm̄ est & cōsecutū: ut si qñ sermonē uel uerbum audiret de deo uel gloria paradisi: statiꝫ rapetur. Sexto quia Fr̄ Egidius dicebat se quattuor uicibꝰ natuꝫ. Primo de sua genitrice. Secūdo in baptismo. Tertio in ingressu ordinis. Quarto quādo deus sic sibi apparuit. Et in hac natiuitate ut dicebat perdidit omnem fidem ex aperta uisione eorum que sunt fidei: & sic semper fuit perfectissime consolatus. ¶ Et licet sanctus Frater Egidius esset sic uirtutibus plenus & tantis contemplationum excessibus sublimis: a diabolo tamē est multiplr̄ tribulatus. Nam habita illa uisione diuina in loco fabrionis ut dctm̄ est: non post multos dies dū staret ad orandū in cella: diabolus tam terribilis ei apparuit: ꝙ ipe p̄ timore loquelā amisit. Sed corde quia nō poterat ore inuocando diuinū auxiliuꝫ: subito fuit liberatꝰ. unde post iterrogauit btūꝫ F. si aliquid est tam terribile in mundo: ꝙ homo p unum pater noster nō posset sustinere: & respondit btūs Franciscus diabolus est. Nullus enim eum respiciēdo posset sustinere dicendo dimidiū pater noster: quin statim moreret: nisi diuino subsidio adiuuaret. Et Fr̄ egidius qa fuerat expertus credidit esse uerꝫ. ¶ In Spoleto in ecclesia sancti Apolinaris: dum de nocte tempestiue intrasset ecclesiam: & iclinatꝰ oraret: diabolus super cuꝫ ascendit & opprimebat. Qui surgere non ualens: traxit se ut potuit ad uas aque benedicte: qua fide aspersus: fuit a demonis molestia liberatus. ¶ Iuxta finem sue uite scilicet anno quinquagesimo secundo ab ingressu ordinis: cepit diabolus solito eum fortius molestare. Nam quadam nocte post orationem: dum uellet quiescere accepit eum diabolus: & in tam arto loco posuit ut non posset se aliquo modo mouere: nec etiam adiutus a socio potuit inde remoueri. Sed diuina gratia tandem exiuit. ¶ Alia uice eum oranteꝫ intantum diabolus turbauit: ꝙ uocibus terribilibus cepit clamare succurrite fratres succurrite: Sed frē Gratiano sotio accedente: fuit confortatus. Et sic frequenter diabolus turbabat eum: ꝙ sepe de sero eundo ad cellam dicebat. Nunc expecto martirium meum. ¶ Morte propinquante Fratris egidii sancti: acutissima febre tussi & dolore capitis ac pectoris fuit adeo grauatus: ut non posset quiescere dormire uel comedere: sed opportebat ꝙ fratres eum super lectum portarent: ut aliquā requiem inueniret. In uigilia sancti Georgii hora matutinali: cum fratres eum super lectum posuissent: quasi sine tractu uel corporis motu uiolento: clausis oculis & ore: anima illa sanctissima carne exuta celestia petiit: eo uidelicet die completis qnquaginta duobus annis. s. in festo sancti Georgii: quo beatus Franciscus eum habitu induerat ordinis. Cuius animā quedam sancta persona uidit cum multis animabus Fratrum & aliorum qui decesserant de purgatorio ad celum ascendentem: ac dominum nostrum Iesum Christum ei obuiam occurrentem: & cuꝫ ipso honore maximo & melodia celorum tabernacula uirtuosissime penetrantem. Quam in solio glorie dominus collocauit. ¶ Dū infirmaret Frater egidius: quidam frater de ordine predicatorum infirmatus est in conuentu eorum: & duꝫ Frater sanctus egidius moreret: & ipse mortuus est. qui apparēs uni Fratri amico suo dixit se bene ualere: quia inquit quādo ex hoc mundo transiui: quidaꝫ Frater minor nomine egidius decessit: & propter eius eximiam sanctitatam Christus concessit ꝙ omnes anime que erant in purgatorio: secum ad paradisum transirent. Cum quibus ego in tormentis existens eius meritis fui liberatus. Et his dictis disparuit. Frater uero cui predicta fuerant reuelata cum dicere nollet prefata: statim fuit infirmatus. Cognoscens auteꝫ hoc esse: quia sancti fratris Egidii gloriam & uirtutem non diuulgabat: misso pro fratribus minoribus & predicatoribus iam dicta cum resesasset: statim fuit a febre curatus. ¶ Transiit autem sctūs Fr̄ Egidiꝰ ex hoc mundo āno. M. cclxxxii. in nocte sancti Georgii. a sua conuersione anno quinquagesimo secundo. Post cuius mortem Perusini querentes lapidem pro eius sepultura: sepulcrum reperiunt marmoreum: in quo Ione prophete sculpta erat historia: & iuxta quod p̄dixerat ibi posuerunt eum. ¶ Hic sanctus Frater Egidius septem habuit singularia que ipsum magis ac magis ad perfectionem deduxerunt. Primum quia fidelissimus & catholicus fuit. Secundum quia deuotissimus. Tertiū quia reuerens. Quartum quia pius & compatiens. Quintum quia sollicitus. Sextum quia obediens. Septimum quia gratissimus fuit deo & hominibus de beneficiis sibi datis. Huic sancto Fratri Egidio concessum est a domino ut in his que ad bonum anime pertinent efficaciter adiuuet inuocatos. ¶ Post mortem diuina potentia eum celebrem miraculis reddidit. Tres enim ab oculorum diuersis infirmitatibus liberauit. Duos a pedum dolore. Tres contractos. Ab infirmitate oris & gutturis tres. A manuum & brachiorum infirmitate duas mulieres. Mulierꝫ liberauit a partus periculo & abortiuo. Ab infirmitate lapidis unum. Duos a febribus. Lac dedit mulieri paupcule ad filios nutriendos. Aliā mulierem morbo & infirmitate horribili laborantem. Sic & aliam que per secessum omnia emittebat statiꝫ sicut summebat uoto ad ipsum facto liberauit. Sic & alios multos a diuersis infirmitatibus clementer suis precibus eripuit. Et sic patet primuꝫ quod erat uidendum. ¶ Restat nunc secundo uidere de Fratris Egidii doctrina. Licet enim litteras ignorauit: quia non instructus humanitus & laicus fuit. Verūtamen quia

Marginal notes: Q̄uo a diabolo uexatus est. — De eiꝰ morte. — Miracula eius post mortem.

Ad tertium celum raptus fuit: & deum cõspexit: ut dicta precedentia declarãt: hinc est ꝙ multa dixit & docuit utilia aĩe & ꝑclara: q̃ inferius ꝑ capl'a distinguuntur ut melius capiantur & uideantur.

¶Dicta fratris Egidii disticta ꝑ materias hic subscribunt. De cõsiliis aĩaꝝ datis diuersis ꝑsonis. cap.i.

Fratri Iacobo de Massa hñti grãm rapt⁹: petenti a frẽ Egidio q̃liter a dicta grã se hẽret. Rñdit frater Egidius nec addas nec minuas & fuge multitudinẽ q̃tũ potes. Et cũ quereret ille qd eẽt qd' diceret. Rñdit sctũs frater Egidius. Quando mẽs est apta itroduci ad illa gloriosa lumia diuine bonitatis: nec d3 addere ꝑ ꝓsumptionẽ: nec diminuere ꝑ negligentiã: & d3 diligere solitudinẽ q̃tũ põt: si uult ꝙ grã custodiat & crescat. ¶Cuidã fratri interrogãti eũ quid posset facere deo magis gratũ. Frater Egidi⁹ mane facto cantando rñdit. una uni. & nihil plus respondit nec dixit. Sed cũ ille nõ se eum intelligere diceret: Frater Egidius dixit. una & sola anima sine intermissione & medio uni soli deo est cõmittenda. ¶Frĩ Gratiano sibi dñti ꝙ ipse sciret ꝑdicare cõsulere & multa sciret: sed cui operi magis adherere debeam inquit nescio. Volo tuum consiliũ. Rñdit frater Egidius. Nihil est in quo magis placeas deo q̃ ꝙ te per gula3 suspendas. Et cũ ille horreret uerbu3. Rñdit frater Egidius. homo inqt suspẽsus nõ est in celo & tñ est subleuatus a terra: & semp respicit inferius. Et ita tu facias: cũ in celo nõ sis: potes tamẽ a terrenis leuari: & in uirtuosis opibus te exercitare: de te humiliter sentire: & dei misericordiã expectare. ¶Cuidã dñti sibi ꝙ omnino uolebat religionem intrare. Frater Egidius rñdit. Si hoc uis facere: cito interfice parentes tuos. Et ille cum lachrimis ꝓfusus diceret: qũo possem facere tm̃ scelus? Rñdit ego non dico ꝙ tu materiali gladio interficias eos: sed mentali: qa q non odit prẽm & mrẽm: nõ põt eẽ xp̃i discipulus. ¶Duobus cardinalibus ad eum uenietibus & supplicãtib⁹ ut ꝓ eis oraret. Rñdit ꝙ non erat necesse: ꝙ ipse ꝓ eis oraret: quia maiorẽ fide3 & spẽ habebant q̃ ipse. Et illis dicẽtibus qũo? Rñdit frater Egidius: quia uos cũ tot honorib⁹ diuitiis & ꝓsperis spatiis saluari: ego aũt cũ tot calamitatib⁹ & aduersis timeo dãnari. Quo audito corde compuncti & in melius mutati recesserũt ab eo. ¶Cuidã fratri a tẽtatione detẽto: ꝓ qua deũ rogauerat: nec exaudiretur: & hoc dixisset fratri Egidio. rñdit. Nõ mireris frater. Si dñs uult te pugnare ꝯtra hostes: a quo tot grãs recepisti. Quãto. n. rex uirilius munit milites suos: tanto uult eos forti⁹ ꝓliari. ¶Cuidã eũ interrogãti qũo posset libẽter ad orõnem ꝑtingere: cum sentiret suum cor indeuotũ. Rñdit frater Egidius. Ecce rex habet duos seruos fideles quoꝝ unus armatus est & alter iermis: qui ambos mittit ad prelium contra hostes. Armatus uero uiriliter ad bellum procedit. Inermis uero sic loquitur dño suo dicens: ut uides arma non habeo: sed ꝓpter amorem tuũ ꝓcedam ad bellum contra hostes. uidẽs aũt dñs fidelitatẽ illius serui dicit ministris suis: ite & preparate arma quibus induatur hic seruus meus fidelis: & ponite in eo signum armorum meorum. Sic quicũq3 insipidus ad orationis bella procedit cõfidẽter: dominus ei de necessariis prouidebit. ¶Cuidam petenti consiliu3 si deberet religionẽ intrare. Respondit frater Egidius. si aliquis multu3 pauper sciret thesaurum in agro: nũquid ad fodiendum illum consiliũ postularet? Quanto magis homo debet non procrastinãdo currere ad inueniendũ regni celestis thesaurũ infinitũ. Qui statim cõsilio acqescẽs: relictis oib⁹ in religionẽ intrauit. ¶Cuidã iurispito dixit frater Egidius. Credis ꝙ dona dei sint magna. Qui rñdit ꝙ sic: Cui frater Egidius. oñdã tibi ꝙ nõ credis. Quãtũ bñ ualẽt res tue? Rñdit ille forsitã mille libras. Nũc ꝓbo ait scũs ꝙ solo uerbo credis. Si eni dares illas mille libras pro centum millibus maximum lucrum reputares: & tamen eas non dares pro regno celorum. ergo a te celestia respectu terrenorũ pro nihilo reputãtur. Cui iudex credis tu ꝙ quilibet tm̃ opetur q̃tũ credit? Respondit frater Egidius. Si bene crederes bene opareris sicut sancti faciunt. Et iudex consensit sententiã fratris Egidii eẽ uerã. ¶Cuidã iterrogãti & dicẽti fratri Egidio quid faciã? Si bñ ago glorior: si male: deuenio in tristitiã & quasi desperationẽ. Rñdit frater Egidius. benefacis si doles de peccato: sed dole moderate: cõsiderãs maiorẽ esse potentiã dei ad miserandũ: q̃ tuã ad peccãdũ. Si. n. agricultor cõsideraret añq̃ seminaret intra se dicens. Si semines nũc uenient uolucres celi & bestie terre & deuorabunt germẽ tuum: nũq̃ seminaret. Et sic qd comederet non haberet. Cultor aũt discretus seminat & finalr̃ colligit sufficiẽtia sibi. Nõ dimittas ꝓpter uanã gloriã bonũ opus: quia si tibi displicet semp melior & maior pars apud te remanebit. ¶Quidã interrogauit sctm̃ frẽm Egidiũ dicẽs põt aliquis in seculo exñs dei grãm inuenire? Rñdit frater Egidius põt. Sed ego ꝑeligerẽ unã grãm in religione q̃ decẽ in seculo. Gratia. n. habita in religiõe de facili crescit & cõseruat: qa hõ in religione est segregatus a tumultu & turbatione sollicitudinis secularis q̃ est grẽ inimica. Frẽs ẽt sui uerbo charitatiue exhortatiõis & sancte cõuersatiõis exẽplo ip̃m retrahũt a malo & ad bonum ꝓuocant & accendunt. Gratia aũt quã qs h3 in seculo de facili ꝑdit: & difficillime cõseruat: qa seculariũ sollicitudo negocioꝝ mater turbationis: dulcedinem grẽ impedit & ꝑturbat. Alii etiam seculares persuasione pestifera & dãnabilis cõuersatiõis exemplo a bono retrahunt ip̃m: & ad malũ quasi uiolẽter impellunt. Nã honeste agentẽ nõ adiuuãt sed deridẽt: inimicos aũt dei nõ arguũt: s3 extollũt. Melius est ergo unã grãm secure possidere: q̃ decẽ in tãto discrimine & timore. ¶Cuidã a fratre Egidio reprehenso & turbato ex hoc: in nocte in uisione qdã astitit dicẽs. Ne indigneris: quia beatus erit qui fratri Egidio credet: Qui statim mane surgens iuit ad fratrem Egidium dicens culpam suã de indignatione: rogans ut ip̃m frequenter corriperet: quia paratus erat suas reprehensiones patienter portare. ¶Cuidam fratri Egidio dicenti ut pro se oraret deum. Respondit ora tu pro temetipso. Quare te remanente cum frẽ possis alium pro te mittis? Et cum ille diceret. ego sum peccator: uos autem

amicus dei: & ideo ipꝫ cito pro uobis & pro aliis poteritis obtinere: Rn̄dit frater Egidius. Dicens charissime si oēs platee ciuitatis essent plene auro & argento: & mitterem bānū ꝙ quilibet posset accipe: mitteres tu nunciū ad accipiēdū ꝓ te? Qui rn̄dit. Certe nō: imo ego personalr̄ irem. nec cōfiderē in alio q̄tūcūqꝫ fideli. Et frater Egidius: sic est de deo. Totus mūdus ē eo plenus: oēs possunt eū inuenire. Vade ergo tu & aliuꝫ nō mittas. ℭ Alteri dicenti ꝙ omnino uolebat ire romam: dixit Frater Egidius. Saltem scias eligere meliorem monetam: & abiicere malam. Vocabat aūt peccata & mala exempla malā monetam: uirtutes uero & merita meliorē monetam. ℭ Cuidā militi conuerso & ordinē intranti: cū dixisset fratri Egidio ꝙ de ipso nō curabat: nec uolebat secum conuersari: ut faciebat dū ipse esset in seculo. Respondit Frater Egidius. Frater mi tu es de familia domini: & ego & tu sub eodē domino socii militamus. Et quid ego scio: si dn̄s nr̄ uult ꝙ aliud offm̄ facias q̄ ego darem tibi. Ego de uno te informarē & forsitā deus aliud de te disponere uellet.

ℭ De uia salutis & perfectionis. Cap. ii.

Dicebat sctūs Fr̄ Egidius. Si uis saluari nō petas rōnem ab humana creatura de his que tibi accidunt. ℭ Si uis saluari diligenter stude & satage te separare ab omni consolatione & honore: quā cōsolationem pōt tibi dare aliqua creatura: qa demones consolationum subtiliores & peiores sunt q̄ demones tribulationum: & maiores sunt casus & frequentiores pro consolationibus q̄ pro tribulationibꝰ. Omnis magnus casus: & oē magnum periculum non ueniunt ꝓpter aliud nisi ꝓpter eleuationē capitis: Et omne bonū inuenit̄ ꝓpter inclinationē capitis. ue illis qui uolunt honorari de sua malicia. Si te credis creatorem omnium offendisse: ab omnibus patiēter sustinere debes omnia aduersa: quia aduersus aliquem rationem nō habes. Si aliquis tecuꝫ contendit: si uis uincere perde: qa in fine quādo credideris te uicisse: tunc perdidisti. Si uis bene & acutius uidere: erue tibi oculos. Si uis bene & perfecte audire: aures obtura & sis surdus. Si uis bene & ornate loqui: incide tibi linguā & fias mutus. Si uis bene tua opera perficere: tibi manus abscide. Si uis omnia tua membra habere perfecta: ipsa incide. Si uis bene uiuere: occidere te stude. Si uis bene comedere: ieiuna. Si uis bene & qete dormire: uigila. Si uis bene lucrari: perdere scias. O q̄ magna sapia est ista facere: non omnibus tn̄ datum est. Gratia dei & uirtutes sunt uia & scala ascendendi in celum. Vicia uero & peccata sunt toxicum & uie descendendi ad infernum: uicia & peccata sunt toxicuꝫ: uirtutes & bona opera sunt triacha. Gratia attrahit grām: & uicium unum trahit ad aliud. Gratia nō uult laudari: uicium nō uult uituperari. Mens in humilitate requiescit: patientia est filia eius. Puritas cordis uidet deum. Deuotio manducat ipsum. Si amas amaberis. Si times timeberis. Si seruies seruietur tibi. Si bene te geris erga alios & alii se bene gerent erga te. Beatus qui amat & non desiderat inde amari: Beatus qui seruit: & non desiderat seruiri. Beatus qui se bene gerit de aliis & non desiderat ꝙ alii se bene gerāt de eo. Et quia hec magna sunt: ideo stulti ad hec nō pertingunt. ℭ Tria sunt ualde magna & utilia: que quicūqꝫ haberet: male cadere non posset. Primū si omnem tribulationem que accidit libenter sustineas. Secūduꝫ est si de omnibus que facis & recipis magis humiliaris. Tertium est si fideliter diligis illa bona que uideri nō possunt corporeis oculis. Ea que uilipendunt̄ & relinquuntur ab omnibus mūdanis: magis honorant̄ & recipiunt̄ a sanctis & a deo. Omnia enim diligenda odit homo miser: & diligit odienda. ℭ Interrogauit semel frater Egidius quēdaꝫ fratreꝫ. dicens habes tu bonam animā? Respondit frater ille. Frater mi nescio: dixit Frater Egidius. Sancta cōtritio. Sancta humilitas. Sancta charitas. Sancta deuotio. Sancta leticia faciunt animam sanctā & bonam.

ℭ De fide. Capitulum. iii.

Omnia q̄ possunt excogitari narrari uideri uel palpari nihil sunt respectu eoꝝ que nō excogitari nec uideri nec palpari possunt. Omnes sapientes & sancti qui fuerunt: sunt & erunt: qui locuti sunt: uel loquentur de deo: non dixerunt nec unquā dicent de deo in cōparatione eius qđ est: nisi sicut est punctus acus in cōparatione celi & terre & oīuꝫ creaturarum que in eis sunt: & plusq̄ milies minus. Tota enim sacra scriptura loquit̄ nobis quasi balbutiēdo: sicut mater balbutit cum filio suo paruo qui aliter non posset uerba intelligere. ℭ Dicebat frater Egidiꝰ cuidam iudici seculari credis tu ꝙ dona dei sint magna &c. Vide supra in primo capitulo. & dicto iudice dicēte fratri Egidio. Credis tu ꝙ aliquis homo tm̄ operetur q̄tū credit? Respondit frater Egidius Sācti & sancte bona que potuerūt facere studuerunt: & que non potuerūt cōplere opere cōpleuerūt sanctis desideriis: Defectum operis cōpleuit desiderium sanctū. Si quis haberet perfecte fidem uerā ueniret in statum talem: in quo daret̄ ei plena certitudo. homini qui certe expectat magnū & eternū bonum: quid ei mali pōt facere aliquod malum? Et homini qui expectat magnū & eternū maluꝫ: quid boni pōt ei facere aliqđ bonū? Nunq̄ tamē aliquis peccator dū uiuit debet desperare de dei misericordia: qa uix ē arbor ita spinosa & nodosa quā non possint hoies planam & pulchrā facere & ornare. Multo magis nō ē aliquis ita grauis peccator in mundo: quē nō possit dn̄s gratia & uirtutibꝰ adornare.

ℭ De dilectione. Caplm̄. iiii.

Dilectio maior est cūctis aliis uirtutibus. Btūs qui nō satiat̄ illis rebus quas semp debet desiderare. ℭ Dicebat frater Egidius cuidā fratri spāli amico suo. Credis tu ꝙ ego diligam te? Rn̄dit ille. credo. dixit ei frater Egidius. Non credas ꝙ diligam te: quia solus creator ē ille qui uere diligit creaturam & amor noster nihil est respectu amoris creatoris. ℭ Et quidaꝫ alius frater dixit fratri Egidio. Quid est quod ꝓpheta dicit. Omnis amicus fraudulēter incedit in me? Cui respondit frater Egidius. ideo sū tibi fraudulentus: quia bonum tuum non facio meū. Quāto enim amplius bonum tuum facereꝫ meū: tanto mi-

nus essem tibi fraudulentus. Quanto amplius qs let⁹ fuerit de bono proximi: tanto erit inde particeps. Et quãto quis de malo alicuius gauisus fuerit: tanto ma gis erit inde particeps. Si ergo uis esse particeps bo nor omniũ: gaudeas de bono omniũ. Bonũ ergo alio rum facis tuum: si tibi placet. Et malum alienum fa cis tibi custodiam si tibi displicet. Hec ẽ uia salutis ut sis letus de bono proximi: & dolens de malo suo. Et credas bonũ de aliis & de te malũ. Et honores alios & te despicias. Qui nõ uult alios honorare: nõ hono rabit. & qui nõ uult cognoscere nõ cognoscet: & q nõ uult fatigari nõ requiescet. Laboricium super labori cium est studere pietati & benignitati. Quicquid fit si ne dilectione & amore: nõ est placitũ deo & sanctis eius. Si quis efficitur pauper suis: diuinis efficitur di ues. ergo diuina debet homo eligere: & sua cõtẽnere. Quid est maius q̃ scire cõmendare beneficia dei & sci re reprehẽdere se de malitiis ꝓpriis? In hac scola uel lem studuisse a principio mundi: & studere usq3 ad fi nem mundi si tm̃ uixissem: & uicturus essem. s. in con sideratione & cõmendatiõe beneficiorũ dei: & in cõsi deratione & reprehẽsione maleficiorũ meorũ. & si de fectũ haberẽ in reprehẽsiõe mei de maleficiis meis: nollem defectum habere in cõsideratione beneficio rum dei. Vides q minimi cõmendant miro modo qui dant eis unũ cintiũ. Quid ergo nos debemus facere domino deo nr̃o? Multum deberes esse fidelis in amo re illius qui te liberare uult ab omni malo: & qui tibi uult dare omne bonum.

¶ De hũilitate. Ca. v.

N Emo põt uenire ĩ cognitionẽ dei: nisi per hũi litatem. uia eundi sursum est ire inferius. Oĩa picula & oẽs casus magni qui acciderũt ĩ mũ do: nõ nisi ꝓpter eleuationẽ capitis acciderũt: sicut p3 in illo qui fuit creatus in celo: & in Adam: & in phari seo euangelico & multis aliis. Et omnia bona que ac ciderũt facta sunt in flectendo caput: ut p3 in btã uir gine: in publicano: in sancto latrone & pluribus aliis: Nõ possemus nos habere unã molã grauem que face ret nos semp caput humiliare? ¶ Dixit ei quidã fra ter. quomõ possemus nos fugere istam superbiam? & ille laua tibi manus: & pone ibi os: ubi tenes pe des: Si cõsideres beneficia dei: debes inclinare caput tuum. & si consideres peccata tua debes caput tuum similiter inclinare. Ve aũt illi qui uult honorari de ma licia sua. unus magnus gradus humilitatis in hoĩe: est cognoscere se semp esse cõtrariũ bono suo. Ramũ ẽt humilitatis reputo reddere aliena: & nõ ea sibi appro priare. Hoc est omnia bona deo attribuere cuius sũt: & sibi ipsi attribuere mala. Btũs est ille qui ita se ha bet uilem coram hoĩbus: sicut uilem se inuenit coram deo. Btũs est ille qui seipsum nũc iudicat: quia nõ ue niet ad aliud iudiciũ. Btũs qui ambulat fidelr̃ ad obe dientiam & iudicium alterius. Hoc enim fecerũt apo stoli: postq̃ spiritu sc̃tõ fuerunt repleti: qui uult pace3 & tranquillitatẽ habere: oẽm hoĩem reputet suum su periore3. Btũs est ille qui nõ uult uideri in suis uerbis & moribus nisi in illa cõpositione in qua diuina gra tia cõponit eum. Btũs qui scit cõseruare & abscondere reuelationẽ dei: quia nihil occultum qđ nõ reuelet dominus quãdo placet sibi. Si quis esset sanctior hõ de mundo: & se reputaret uiliorẽ de mũdo in hoc eẽt humilitas. humilitas nescit loqui: & patiẽtia nõ audet loqui. Humilitas uidet mihi esse quasi fulgur. sicut. n. fulgur facit percussiones terribiles & postea nihil po test inueniri ex eo: sic humilitas dissipat oẽ malum: & est inimica omnis peccati: & facit hominẽ scipm nihi lum reputare. Per humilitatẽ inuenit homo grãm co ram deo: & pacem cum hominib⁹: sicut. n. si rex aliqs magnus uellet mittere filiam suã ad aliquẽ locũ: non poneret eam super equum indomitũ supbum & calci trosum. sed sup equum mansuetũ & suauiter ambulã tem: sic deus nõ ponit grãm suam in supbis: sed in hu milibus.

¶ De timore. Cap. vi.

T Imor dñi sc̃tũs oẽm malum timorẽ expellit: & custodit illa bona que non possunt lingua exprimi: nec etiam excogitari: que3 habere: quia maximũ donum dei est: nõ omnib⁹ datũ ẽ. Qui nõ timet: ostẽdit se nõ habere qđ perdat: Timor dei regit & gubernat hoĩem: & facit eum inuenire grãm domini: quã si hab3 homo timor dñi cõseruat eam: & si nõ habet facit ad eam peruenire. Oẽs creature rõ nales que ceciderunt: nunquã cecidissent: si hoc donũ habuissent. Hoc sc̃tũm donum nõ est nisi sc̃torum & sanctarum. Et quãto aliquis est magis gratiosus: non est minus humilis & timoratus. & uirtus que minus est cõparata ab hoĩbus: nõ est minor aliis. Homo qui offendit in tm̃ deum q dignus est morte: cum qua se curitate põt ire ante p̃sentiã eius? Btũs qui se cogno scit esse in carcere in hoc mundo: & semp suum dñm offendisse. Multum ualde debet homo timere a sup bia: ne p̃cipitet eũ. A te ipõ & a simili tui timeas sem per & caueas. Nõ est perfecta securitas homini: dum est inter inimicos suos. Inimicus noster ẽ caro nostra: & ipsa cum demonib⁹ semper est aduersaria & cõtra ria anime nostre. Maiorem ergo timorẽ debet homo habere ne malicia sua propria uincat eũ: quã de alia re de mundo. Impossibile est enim q homo possit ad gratiã dei conscẽdere: uel in ea perseuerare: sine san cto timore & sancto pauore: quẽ qui nõ habet signũ est pereundi. hic timor facit humiliter obedire: & fle ctere caput usq3 ad terram sub iugo obie sancte. Ite3 quãtũ quis maiorẽ habet timorẽ tanto plus orat. Cui aũt datur gratia sancte orõnis nõ ẽ paruũ quid. Opa hominũ quãtũcũq3 uideant magna: nõ sunt scđm exti mationẽ hoĩs sed scđm extimationẽ & beneplacitum dei: & ideo nobis est semper timendum.

¶ De patientia. Capitulum. vii.

Q Vi patiẽter sustineret tribulatiões ꝓpter deũ cito ueniret in magnã grãm: & esset dñs hu ius mũdi: & teneret ia3 pedẽ in alio mũdo. qc quid homo facit siue bonum siue malum sibimetipsi facit. Non ergo debes scãdalizari si quis facit tibi in iuriam: Sed debes cõpati peccato eius. ¶ Sustine pa tienter iniurias tibi factas a proximo ꝓpter deum: & ꝓpter proximũ & ꝓpter te ipsum. Quãtum quis pa ratus est sustinere tribulatiões & iniurias ꝓpter deũ:

tm̄ est magnus apud deū & nō plus. Et quāto quis est debilis a tribulatiōe & dolore sustinēdo ꝓpter deum: tāto minor est apud deū: & nō cognoscit quid sit de⁹. ¶ Si quis dicit tibi malum adiuua illum: & si quis dicit tibi bonum redde illud deo: adiuuare debes eum: ut si dicit tibi malum: tu dicas deterius de te. Si uis facere partem tuam bonā: facias partē tuaꝫ malā: & partem alterius bonam. hoc est: factuꝫ & dictū alterius lauda: & tuum reprehēde. & si uis facere partē tuam malam: facias e cōtrario. quādo aliqs cōtendit tecum: Si uis uincere perde. Naꝫ in fine quādo credideris te uicisse inuenies perdidisse. Via ergo saluatiōis est uia perditionis. Nō sumus boni supportatores tribulationum: quia nō sumus boni sectatores spiritualiū consolationum. Qui enim fidelr̄ laboraret in se & super se & ꝑ se: suauiter oīa sustineret. Iniuriaꝫ nulli facias: & si quis tibi facit iniuriam sustine eam patiēter amore dei & ꝓpter remissionē peccatoꝝ tuorū. Multo enim melius est unā grauē iniuriam sustinere sine murmure aliquo ꝓpter amorē dei: q̄ pascere quottidie cētū pauperes & per plures dies ieiunare usqꝫ ad celū stellatū. Quid ꝓdest homini despicere seipm̄: & tribulationes suo corpori facere in ieiuniis & orōnibus: uigiliis & disciplinis: & nō posse unam iniuriā a proximo sustinere: de quo reciperet maius p̄ciuꝫ uel premiū: q̄ de his que portat sua ꝓpria uolūtate. Sustinere tribulatiōes sine murmure: magna purgat peccata hoīum: quātum effusio lachrimaꝝ. Btūs ille qui semp hꝫ ante oculos pctm̄ suum & beneficia dei: & sustinet patiēter omnē tribulationē & angustiā. unde debet hēre magnā cōsolationē. Btūs ille qui nō petit nec desiderat aliquā consolationē sub celo ab aliqua creatura. Nō expectet p̄mium a deo si est humilis & quietus solummō dū bene satisfit ei in omnibus: Qui semp bn̄ hēret pre oculis peccata sua: ī nulla tribulatiōe deficeret. Omne bonum qd̄ habes debes recipe a deo: & oē malū a peccato tuo. Si enim un⁹ homo fecisset & faceret oīa bona que fecerūt & faciūt & faciēt omnes homines de mūdo: tn̄ si bene inspiceret inueniret se semp cōtrariū in bono suo. ¶ Dixit ei quidā fr̄. Quid faciemus si uenerint in tēpore nostro tribulatōes magne? Rn̄dit sanctus frater Egidius. Si plueret dn̄s lapides & saxa de celo: nō nocerent nobis si essemus quales eē deberemus. Si homo eēt qualis eē deberet: malū cōuerteret̄ ei in bonū. Si enim habēti malā uolūtatē: ipm̄ bonum retorquet̄ in malū. Ita habēti bonā uoluntatē: malum cōuertit̄ in bonum. Oīa. n. magna bona & magna mala sunt intus in hoīe: que uideri nō possūt. ad infirmitatem magnā & ad laborē magnū & ad famē magnā & ad iniurias magnas alicui factas currūt pessimi demones. Si uis saluari: nō petas tibi iusticiam fieri ab aliqua creatura: uiri sancti bona faciūt: & mala patiūtur. Si cognoscis te offendisse creatorē & deū oīuꝫ: cognosce quia dignū est ꝙ oīa persequātur te & uindicent iniuriā quā fecisti dn̄o. Ab omnib⁹ creaturis debes sustiere patiēter molestias tibi factas: quia cōtra aliquā nō habes iusticiā: cum sis dignus puniri ab oībus. magna uirtus est homini uincere semetipsum. Si uincis teipm̄: uinces oēs inimicos tuos: & peruenies in oē bonuꝫ. magna uirtus esset si quis permitteret se uici ab oibus hoibus: quia talis hō eēt dn̄s hui⁹ mūdi. Si uis saluari conare ut desperes ab omni consolatione quā tibi pōt dare aliqua creatura mortalis: quia maiores & frequētiores sunt casus ex cōsolatiōib⁹ q̄ tribulationibus accidētes: nobilis est natura equi: qui licet sit in cursu uelocissimo: tn̄ is qui equitat pōt euꝫ auertere ab una uia & dirigere ad aliaꝫ. Sic dꝫ homo in impetu suo permittere se regi ab illo q corrigit eū. Ad solam memoriā dei dꝫ homo desiderare quātū est pro se dare preciū aliis: ut darent alapas & colaphos & ut traherēt eum per capillos. ¶ Murmurabat qn̄qꝫ quidam religiosus coram eo de quadā graui obedientia sibi data. Cui dixit sctūs frater Egidius. Amice mi quāto plus murmuras tanto plus te oneras: & q̄to deuotius & humilius submiseris caput obediētie sctē: tanto leuius & suaui⁹ erit tibi. tu nō uis uituperari in hoc mundo: & uis honorari in alio. Non uis maledici: & uis bn̄dici. Nō uis laborare: & uis quiescere: decept⁹ es. Quia per uituperiū peruenit̄ ad honorē: per maledictionē habet̄ bn̄dictio: & per laboreꝫ requies. ꝓuerbiuꝫ uerū est: Qui nō dat de eo qd̄ dolet nō pōt habere de eo qd̄ uult. Nō mireris si proximus te offēdit aliqn̄: quia ēt Martha que sancta erat uolebat ꝓuocare dn̄m cōtra sororē suam carnalē: tn̄ iniuste murmurabat Martha de Maria. Et q̄to plura mēbra amiserat quo ad usum Maria q̄ Martha: tāto plus laborabat q̄ Martha: amiserat. n. loquelā uisuꝫ auditū & gustuꝫ. studeas eē gratiosus & uirtuosus & pugna cōtra uicia: & sustine patienter tribulationes & uerecūdias. Non enim est aliud nisi ut uincas teipsum: quia paruꝫ est homini attrahere animas ad deū: nisi uincat seipꝫ.

Aurea uerba.

¶ De ociositate. Caplm̄. viii.

O Ciosus hunc mundū amittit & alium: nō fructificando sibi nec aliis. impossibile est uirtutes acquiri sine sollicitudine & labore: si potes eē in securo nō ponas te in dubio. Ille est in securo: qui laborat pro deo. Iuuenis qui laboreꝫ recusat: regnum celoꝝ recusat: Si sollicitudo nō ꝓdest: negligentia nō obest nec nocet. Sic ociositas mala uia ē ad infernum: ita ociositas & quies sctā: est uia ad celum. Multum deberet homo eē sollicitus ad custodienduꝫ grām sibi datam a deo: & cum ea fidelr̄ laborare. qa sepe amittitur fructus pro frondibus & grana ꝑ paleis. Quibusdā aūt dat deus fructus: & frondes facit eis charas. quibusdā dat utrūqꝫ. & quidā carēt utroqꝫ. Maius reputo bona data a dn̄o cōseruare: q̄ ea acqrere: Qui nouit acqrere & nescit reponere: nunq̄ ditabit̄. Scire uero reponere & nescire acqrere: nō ē magnum. multi lucrant̄ multa: sed nunq̄ fiunt diuites: qa non custodiūt qd̄ lucrati sunt: Et aliqui paulatiue lucrant̄ & fiūt diuites: qa id qd̄ lucrant̄ bene custodiūt. Fluuius tiberis quātā ɔgregationē aquaꝝ hēret: si nō continue deflueret. homo petit donum a dn̄o sine mēsura & fine: & uult ei seruire cū mēsura & fine. q uult sine modo & sine amari & remunerari: dꝫ sine modo amare & sine fine seruire. Propter negligentiā suā hō

amittit perfectionē suam. ¶ Loquebatur semel frater Egidius cuidã uolenti pergere Romã dicēs. Quãdo ibis per uiã noli attrahere tibi ea que uidebis: ne ipediant te. Et scito eligere bonam monetaz a falsa. Multe sunt astucie inimici & eius laquei occulti & uarii. Btũs qui exfructuat corp⁹ suũ amore altissimi: & de bono qđ facit a celo inferius aliqđ premiũ nõ reqrit. Si quis eēt pauprim⁹ ualde & diceret ei aliqs frater. accomodo tibi hãc rez meã ut p tres dies exfructues eam: & per hoc hēbis thesaurũ infinitum. Nõ ne ille pauper si cõstaret ei hoc esse uerz: studeret sollicite rē illam exfructuare? Res mutuata nobis a deo est caro nostra: & quasi tres dies sunt totum tēpus uite nrē. Si uis ergo frui: stude lucrari. Si. n. nõ laboras: qũo quiesces? Si oēs agri & uinee huius mũdi eēnt unius hominis: si nõ coleret eos nec coli faceret: quē fructũ perciperet inde? Alius aũt hñs paruã quãtitatē agrorum & uinearz: & ipsos bene colens percipit inde fructus pro se & pro aliis plurib⁹. Si quis uult facere malum uix petit cõsilium. Et quãdo uult facere aliqđ bonum studet a multis consiliũ perqrere. Prouerbiũ Ironicum est: ad spem tui uicini nõ ponas ollã ad ignē. Non est homo btũs si bonaz tñ hēat uolũtatē nisi bonis operibus studeat eam sequi: qa ad hoc dat deus hoi gratiam suam ut sequať eã. ¶ Dixit semel scõ fratri Egidio qdam homo uagabũdus ut uidebať. Frater Egidi fac mihi cõsolationē: Rñdit frater Egidius. Stude bene agere & cõsolationē hēbis. Nisi. n. in se hõ pparauerit locum deo: nõ iueniet locũ in creaturis dei. Quis est qui nõ uelit facere id qđ esset melius nõ solũ aie sue: sed etiã corpori in hoc mũdo? Nos aũt nec bonũ aie nec bonum corporis uolum⁹ operari. Ego possem dicere ueraciter q qui alleuiat sibi iugum dñi aggrauat sibi illud: & qui illud aggrauat sibi: ipm sibi alleuiat. utinam hoies facerent illud qđ esset melius corpori ēt in hoc mũdo. Qui fecit alium mũdum fecit & istum: & de bonis que tribuit in alio mũdo: põt in isto retribuere: & corpus sentit de bonis aie. ¶ Tũc dixit ei qdam frater. Forte moriemur anteq̃ experiamur aliquid boni. Rñdit frater Egidius pelliparii nouerunt de pellibus: cerdones de calciamentis: fabri de ferro: & sic de aliis artibus. Quomodo põt homo scire artē in qua nunquam studuit? Credis tu q magni domini dent dona magna stultis hominibus & insanis? Non dant: Bona opera sũt uia ad oē bonũ. Sicut mala opera sunt uia ad omne malum. Btũs ille quē nulla a celo inferius dehedificãt: & quē omnia que uidebit & audiet uel sciet hedificabũt & de omnib⁹ studebit eligere utilitatem suam.

¶ De cõtēptu mũdi. Ca. ix.

U E homini illi qui ponit cor suum & desideriũ suum & uires suas in rebus terrenis: propter quas relinquit & perdit celestia bona: Aquila que uolat altissime si haberet alligatam cuilibet ale unam de trabibus ecclesie sancti Petri nõ uolaret ita alte: Multos inuenio laborantes pro corpore & paucos pro aia. Multi etiam laborant p corpore multuz: frangentes saxa: cauando montes: & alia opera grauia faciendo: sed pro anima quis ita uiriliter & feruēter laborat? Auarus similis est talpe que nõ credit aliũ thesaurum esse nec aliud bonum: nisi cauare terraz & inhabitare eam. Tñ sunt alii thesauri quos ignorat. aues celi & bestie terre: & pisces maris quãdo habēt sibi cibum competentē contenti sunt. Cũ ergo hõ cõtentus nõ sit terrenis rebus sed semp suspiret ad alia: pz q ad hoc nõ fuit principaliter factus sed ad alia. Corpus enim factum fuit ppter aiam: & mundus iste ppter alium mũdum. Mũdus iste est talis campus: q habēs ex eo partē maiorem: habet partē deteriorem. Item dicebat q btõ Francisco nõ multũ placebãt formice ppter nimiã sollicitudinem congregãdi uictualia sua: sed aues celi magis placebãt: qa nõ congregãt in horrea.

¶ De castitate. Cap. x.

C Aro nostra est sicut porcus qui auide currit in lutuz & delectatur esse in luto. Caro est sicut scrabro qui semp stercus equinũ uoluere delectatur. Caro nostra est pugil diaboli. ¶ Dixit ei qdam frater. Quomodo possemus cauere nobis a uiciis carnis? Rñdit frater sctũs Egidi⁹ dicēs: Qui uult saxa magna & trabes grandes transferre: studeat eas transferre ingenio magis q̃ uiribus. Et in hoc facto similiter est pcedēdũ: omne uiciũ ledit castitatē. est. n. sic speculum clarũ &c. ut dictũ est supra caplõ primo.

¶ De temptatione. Caplm. xi.

G Ratia magna in pace possideri nõ põt: quia semp oriunť ei multa cõtraria. Quãto homo gratiosior fuerit tanto plus a diabolo ipugnatur: nõ tñ dz homo ppter hoc cessare sequi grãz suã: quia quãto grauior fuerit pugna: tãto si uicerit maior erit corona. Nos ideo nõ habemus multa ipedimēta: quia non sumus quales esse deberemus: uerũtñ si qs bene iret per uiam dñi: nec fatigationez haberet nec tediuz: sed in uia seculi fatigationē hz homo & tediũ usqz ad mortē. Rñdit ei qdam frater dicēs: tu uideris dicere duo cõtraria sibi ipsis. Rñdit sctũs frater Egidius. nõne demones plus currũt ad hoiem hñtē bonam uoluntatē q̃ ad alios: ecce impedimentũ. Et si qs uenderet denariatã suaz plus milies q̃ ualeret: quã fatigationē ibi sentiret? Ecce soluta est cõtrarietas. Dico ergo q q̃to quis magis erit repletus uirtutib⁹: tanto magis infestatur a uiciis: & tãto magis ea odio deberet hēre: de omni uicio qđ uinces: uirtutez acqres. Et de quocũqz uicio magis tribularis: de eo mai⁹ pmiuz recipies si deuinces: Quacũqz cã omittit homo ire per uiam dñi sui: ipsa de cã amittit pmium suum. ¶ Dixit ei qdam frater. tēptor frequenter tēptatione pexima: & pluries dominũ rogaui: ut auferret eam a me & nõ aufert eam. Respõdit sctũs Frater Egidius. Quãto aliqs rex magis munit milites suos armis: tanto uult ut fortius prelientur. Si quis ēt uadit ad pliũ orõnis quasi sine armis: quia sentit se aridum & inde uotum: deus uidens fidelitatez eius ponit in eo signũ armorum suorum. Sic est de tēptationibus aliquando sicut est de agricola: q uidet siluam arboruz & uepriũ in aliquo territorio suo: in quo uellet facere nouale & granum seminare. Sed multis laboribus sudoribus & angustiis fatigať: anteq̃ colligat inde granũ: & q̃nqz

quasi penitet q laborem illum assumpsit. Propter labores & angustias que sibi in opere illo emergũt. Primo enim intuetur siluam extirpandã: & nõ uidet granum. Secundo cũ laboribus multis incidit arbores: & nundũ uidet granum. Tertio cũ multo labore & graui euellit radices arborꝝ: & nundũ uidet granũ. Quarto ꝓscindit terram & aptat & nundũ uidet ibi frumẽtum pro quo tantũ laborauit. Quinto arat iterum terram. Sexto seminat eam. Septimo purgat eã. Octauo mettit. Nono triturat & hec omnia cũ labore magno facit. Decimo reponit eum quasi nõ recordans tanti laboris ꝓpter fructũ multũ quẽ hab3 in fine. Multos ẽt labores plures istis sustinet: quos omnes benedicit ꝓpter granum: qa fructũ bonum percipit. ¶ Iterũ dixit ei qdam. Quid possum facere? Si enim facio aliqd boni habeo inde uanã gloriã: & si facio malum. incido in tristiciã & quasi i desperationẽ. Rñdit frater Egidius benefacis si doles de peccato tuo: tñ consulo tibi ut doleas tẽperate & moderate. Semper eni3 debes credere q maior sit potẽtia dei in parcendo q̃ tua potentia in peccãdo. Si de⁹ facit misericordiã alicui magno peccatori: credis tu q minorem peccatorẽ relinquat? Ceterꝝ ꝓpter tentationẽ inanis glorie nõ desistas facere bonum. si enim agricultor uellens iacere semẽ in terra diceret intra se. Nolo seminare in hoc anno: qa si seminauero: Forte uenient uolucres & comedẽt ex semine illo. Et ꝓpter hoc nõ seminaret: Nõ hẽret fructum terre sue ad comedendũ. Si aũt seminat l3 aliqd de semine pereat: tamẽ maior pars seminis remanebit ei. Sic est de illo qui tẽptatur a uana gloria: Et pugnat cõtra eam. ¶ Quidã frater dixit ei. Legit̃ de btõ Bernardo q semel dixerit septẽ psalmos penitẽtiales: nec quicq̃ aliud cogitauit nisi super his que dicebat. Respondit sctũs frater Egidius. maius reputo si castrum aliqđ expugnat̃ & defendit se uiriliť et ualẽter.

¶ De penitentia. Caplm. xii.

Dicebat semel quidã iudex secularis sctõ fratri Egidio. Quomodo possem⁹ nos seculares ascendere ad statũ gr̃e & uirtutis: Rñdit frater Egidius. Primo d3 homo dolere de peccatis suis. Postea confiteri pure. Deinde pniam sibi iniunctã facere. Postmodũ custodire se ab omni peccato & ab oi occasione peccati: tandẽ debet se in bonis opib⁹ exercere. Benedictũ sit illud malũ qđ conuerrit in bonum homini: & maledictũ sit illud bonũ qđ cõuertit̃ homini in malu3. Libenter debet hõ sustinere mala in hoc mundo: quia de hoc dedit nobis exẽplũ in se domin⁹ noster Iesus xps. Btũs qui hẽbit dolorem de peccatis suis: & plorabit die ac nocte: nec cõsolabit̃ in hoc mũdo donec pueniat illuc ubi omnia desideria cordis sui complebunt̃.

¶ De oratione. Caplm. xiii.

Oratio est initium & cõplemetũ omnis boni: oratio illustrat aiam & per eã cognoscit̃ bonum & malũ. Hanc orõnẽ d3 facere ois peccator ad dñm: ut det ei cognoscere misericordiã suam & peccata sua & beneficia sua: Qui nescit orare non cognoscit deum. Omnes q debẽt saluari si habẽt usũ orõnis: de necessitate oportet: ut in fine suo se ad orõnem conuertat. Ponamus q aliqua mulier uerecunda multum & simplex hẽret unicum filiu3: qui ꝓpter aliquam offensam eẽt captus a rege: & ad suspendiũ duceret̃: nõne hec uidua licet uerecũda & simplex: solutis crinibus & nudato pectore uociferãdo clamaret: & ad regem rogandũ curreret pro liberãdo filio suo: Amor filii & necessitas mulierẽ uerecũdam & uix extra limẽ domus exeuntẽ prius: quasi effronte3 postea compellit ire per plateas inter hoies eiulantẽ: & simplicem reddit sapientẽ. Sic bene sciret orare & uellet: qui mala sua & pericľa & damna sua ueraciter cognosceret. ¶ Dixit ei qdam Frater. Multũ deberet homo dolere: quãdo in orone nõ põt gr̃am deuotionis inuenire. Rñdit Frater Egidius consulo tibi q plane facias factum tuũ. Si. n. haberes aliquãtulum boni uini in uegete & fex esset sub uino: uelles tu uegetẽ cõcutere & uinum cum fece miscere? Nõ esset hoc faciendum. & si mola molendini: aliqñ nõ facit bonã farinã: molẽdinarius nõ cõfestim confringit ea3 cũ maleo: s3 plane & paulatiue reparat molã illam: & postea facit bonã farinam. Facias tu filr: & cogita te nullaten⁹ eẽ dignum consolationem aliquã a deo in orone accipe. Nã si qs uixisset ab initio mũdi usq3 nũc: & uicturus esset usq3 ad fine3 mũdi: & in orone deduxisset omni die plenã parapsidẽ lachrimaꝝ: nõ esset dignus: tunc in fine mundi: ut dñs consolationẽ aliquã uel unicã ei daret. ¶ Dicebat ei aliquãdo frater qdã. Quare plures tentatiões patitur homo qñ orat deũ: q̃ aliis temporibus. Rñdit frater Egidius: qñ aliqs h3 cãm cõtra aliquẽ aduersariũ suũ in curia principis alicuius: si hõ ille uadit ad principem illum ut ꝓponat & faciat aliqd contra aduersarium suũ: aduersarius ille hoc sciẽs opponit isti totis uiribus: ne snia detur ꝓ isto. Sic fac diabolus cõtra nos. Ideo si steteris in collogo cũ aliis: uidebis frequẽter te nõ sentire mlťa bella tẽptationũ. Sed si ad orõnẽ perrexeris ad recreandã aiam tuã: tũc sentiens cõtra te ignita iacula inimici. Non debes tñ ꝓpter hoc orõnẽ relinquere: sed firm⁹ stare: quia hec est uia ad supernã patriã. Et ille q ꝓpter hoc orõnẽ relinquit: est sicut ille qui de prelio fugit. Dicebat ei quidam. Multos uideo q statim uident hẽre gr̃am deuotionis & lachrimaꝝ: qñ uadũt ad orõnẽ: ego aũt inde uix possum aliqd sentire. Rñdit frater Egidius. labora fideľr & deuote: quia gr̃am quã nõ dat tibi de⁹ una uice: poterit dare alia. Et qđ nõ dat tibi uno die uel ĩ una septimana: poterit tibi dare in alia die uel in alia septimana: uel in alio mense uel ãno. Pone tu labore3 tuum: & deus ponet gr̃am suam: sicut sibi placebit. Faber qui fabricat cultellũ: anteq̃ cultellus perficiat̃ multas dat tunsiones super ferrũ de quo facit cultellũ: sed postremo in una percussione cultellus perficit̃. Multũ d3 homo esse sollicitus de salute sua. Si. n. totus mundus esset plen⁹ hominib⁹ ẽt usq3 ad nubes: si eẽt possibile: & de his nõ deberet saluari nisi un⁹: tñ quilib3 deberet sequi gr̃a3 suam ut esset ille unus: quia nõ est amittere corrigiam calciamenti: amittere supernã patriam. Sed ue nobis quia est qui det & nõ est qui accipiat. ¶ Alio tempore quesiuit qdã a sancto fratre Egi

dio. Quid facis frater Egidi? Rñdit facio malum. Ille uero dixit iteru3 fratri Egidio. Quod malum facis tu qui es frater minor? Et frater egidius dixit cuidã fratri minori astanti. Frater quis est paratior uel deus dare nobis grã3 suam: uel nos accipe? Rñdit ille. Deus est paratior dare nobis q̃ nos accipe. dixit frater Egidius: & facimus nos bene? Ille frater rñdit. Imo facimus male. & conuersus frater egidius ad illu3 q quesierat ab eo qd faceret ait. ecce patet ꝙ dixeram tibi uerum: cũ respõdi me facere malũ. ¶ Itẽ dicebat multa opera cõmẽdant in sacra scriptura: ut uestire nudos pascere famelicos & alia multa. Tñ de orone dominus loquẽs dicit. Nã & pater tales querit qui adorẽt eum. Bona opera adornãt aiam: sed oro nimis est magnum quid. Sancti religiosi sunt quasi sancti lupi qui

Nota uix exeunt in publicũ nisi ꝓ magna necessitate: & tũc in publico cõtrahunt paruã morã. Dicebat fratri Egidio qdã frater familiaris eius. Quare nõ exis aliquando ad hoies seculares uolentes tibi loqui? Rñdit frater Egidius dicẽs: uolo satisfacere ꝓximo meo cũ bono anime mee. Non credis tu ꝙ ego darẽ potius aliquãdo mille libras si hẽrẽ eas: q̃ ego darẽ me ꝓximo? Respõdit Frater credo. Et credis ꝙ ego darem potius quatuor milia libraru3 q̃ darẽ me aliquãdo proximo? Rñdit ille credo. dixit ei sanctus Frater egidius. dñs dicit in euangelio: Qui reliquerit patrẽ & matrem & fratres & sorores &c. Propter nomẽ meũ cẽtuplu3 accipiet in hoc mũdo. Fuit aũt qdam romanus qui intrauit ordinẽ fratrũ minoꝝ: cuius facultates dicebanť ualere sexaginta milia libraꝝ. ergo aliqđ magnum ẽ qđ dat in hoc mũdo dñs deus: ex quo ualet centies sexaginta milia libraꝝ: sed nos sumus ceci & uelati: Si uideremus hoiem multum gratiosum & uirtuosum non possemus ferre perfectionẽ eius. Si quis eẽt uere spiritualis uix uidere uellet aliqua uel audire uel moram facere cum aliquo nisi pro magna necessitate: s3 semꝑ optaret solitarius eẽ. ¶ Dicebat iteꝝ de seipso: ego potius uellem eẽ cecus: q̃ esse pulchrior uel ditior uel sapientior uel nobilior homo de mũdo. Dixit ei qdã. Quare uelles eẽ potius cecus q̃ hẽre ista? Rñdit: qa timeo ne impedirent iter meũ. Btũs erit qui nõ cogitabit nec dicet nec faciet aliqd rephensibile. ¶ Interrogauit aliqñ frater Egidius quẽdam frẽm. dicẽs: qd dicunt isti sapiẽtes de contẽplatiõe. At ille dixit: multa dicunt. & ille uis ut dicã tibi quid mihi uidetur? & ille modo dic. dixit sanctus Frater egidius fratri. Gradus contẽplationis mihi uideť eẽ. Ignis: unctio: extasis: contemplatio: gustus: requies: gloria.

¶ De cautela spũali & eius cõsideratiõe. Ca. xiiii.

Si uis bene uidere: erue oculos tuos & esto cecus. Si uis bene audire: esto surdus. Si uis bñ loqui: esto mutus. Si uis bñ ambulare: abscinde tibi pedes. Si uis bñ opari: mutila tibi manꝰ: Si uis bñ amare: habeas te odio. Si uis bñ uiuere: te mortifica. Si uis bñ lucrari: scito pdere. Si uis eẽ diues: esto pauper. Si uis eẽ in delitiis: afflige te. Si uis eẽ securꝰ: esto semp in timore. Si uis exaltari humilia te. Si uis honorari: despice te: & honora te despicientes. Si uis habere bonum: sustine malum. Si uis eẽ in quiete: labora. Si uis bñdici: desidera maledici. O q̃ magna sapiẽtia est scire hoc facere. & quia magna sunt: nõ oibus data sunt. Si mille annis uiueret hõ: nec hẽret aliquid facere extra os suum: satis hẽret facere intus in corde suo: nec posset ad complemẽtũ pfectu3 uenire: tm̃ haberet facere solũ intus in corde suo. Nullus deberet uelle uidere uel audire aliqd siue loq de aliqua re nisi usq3 ad utilitatẽ suam: nec ultra procedere ullo modo: Qui nõ uult cognoscere: nõ cognosceť. Sed ue nobis: illi qui habẽt dona dei nõ cognoscũt: & q non habẽt non querũt. homo fingit deũ qualem uult. Sed ipse est talis qualis ipse est.

¶ De scientia utili & inutili. & de predicationibꝰ uerbi dei. Capitulum. xv.

Qui uult scire satis: inclinet caput satis: & operetur satis: & trahat uentrẽ per terra3: & dñs docebit eũ satis. Sũma sapiẽtia est bona opera facere: bñ custodire se: & iudicia dei cõsiderare. ¶ Dixit semel cuidam uolẽti ire ad scolas cã discẽdi. Cur uis ire ad scolas? Summa totius scie est timere & Notandũ amare deũ. hec duo sufficiunt tibi: tantã sapia3 h3 hõ quãtum boni opať & nõ plus: Nõ sis nimis sollicitus eẽ utilis aliis: sed esto magis sollicitus ut sis utilis tibi ipsi. Volumus aliqñ multa scire ꝓ aliis: & pauca ꝓ nobis. uerbũ dei nõ est audiẽtis uel dicẽtis: sed opantis illud: multi nesciẽtes natare intrauerunt in aquas: ut adiuuarent pereuntes in eis & cum pereũtibꝰ perierunt. Prius erat unu3 damnũ. Postea fuerũt duo. Si bene ꝓcuras salutẽ aie tue: bene procurabis Salute3 omniũ amicoꝝ tuorũ. Si bñ facis factũ tuum: bñ facis factum oium bñ uolentium tibi. predicator uerbi dei positus est a deo ut sit candela speculũ & uexillifer populo dei. Btũs est ille qui dirigit aliquos p uia3 rectam: & ipse nõ cessat ire per eam. Sicut eni inuitat aliquos ad currendum quo ipe currere nõ desistit: sic est adiutor aliis ut fiant diuites ut ipse ex hoc nõ fiat pauper. Credo ꝙ bonus pdicator magis loquiť sibi q̃ aliis. Videť mihi ꝙ qui uult animas peccatoꝝ trahere magis debet timere ne ipse ab aliis male trahať. Cui dixit quidã frater? Quomõ? Et ille aperte oclos meos ne uideant uanitatẽ: Illi qui dicũt nõ cõprehendunt: & illi qui audiũt non intelligũt. Dixit ei qdam. quid est meliꝰ bñ pdicare an facere? Rñdit quis magis mereť. Vadens ad domũ scti Iacobi: uel uiam ad sanctũ Iacobũ eundi aliis ostẽdẽs? Multa uideo que nõ sunt mea. multa audio quę nõ intelligo & mlta loquor que nõ operor. ergo uideť mihi ꝙ per solũ uisũ loquelã & auditũ non saluatur homo.

¶ De uerbis bonis & nõ bonis. Caplm. xvi.

Qui loquiť bona uerba est quasi os dei: & qui loquiť mala uerba ẽ quasi os diaboli. Quãdo serui dei cõgregant in aliquo loco ad colloquendũ debẽt tractare de pulchritudine uirtutum: ut placeant eis uirtutes: quia si placerẽt eis exercerẽtur in eis: & si exercerenť in uirtutibus: semp ab eis uirtutes amplius amarenť. Quãto magis homo est plenus uiciis: tanto est magis ei necessariũ de uirtutibꝰ loqui.

Sic enim ex frequenti colloquio sancto de uirtutib⁹: faciliter inducit & disponit ad uirtutes. Sed quid dicemus? De bono nõ possumus dicere bonũ: & de malo nõ possumus dicere malũ. Quid ergo dicem⁹? De bono.n.nõ possumus dicere q̃tũ bonũ sit: nec ẽt de malo q̃tũ malũ sit: cum utrũq3 incõprehẽsibile sit a nobis. Ego nõ reputo minoris uirtutis eẽ scire bñ tacere: q̃ scire bñ loqui. Et uidet̃ mihi q̄ homo deberet habere collũ ad instar gruis: ut quasi per multos nodos trãsiret uerbum: antequã ex ore egrederet̃.

¶ De perseuerantia. Capl'm.xvii.

Quid prodest homini ieiunare orare elemosinas facere seip̃3 affligere sentire quoq3 magna de celo & nõ puenire ad portu3 salutis? Ecce aliquãdo apparet aliqua nauis in mari formosa magna noua & multo thesauro plena: tñ sibi aliquo periculo occurrẽte: ad portum salutis nõ uenit: s3 miserabilr perit. Et quid illa oĩs bonitas & pulchritudo eius? Et iteru3 apparet aliq̃n in mari nauis aliqua deformis: nõ grandis: uetusta: despecta: nõ multo thesauro repleta: & cum multo labore euadens maris pericula: Feliciter tãdẽ uenit ad portũ. & hec sola cõmẽdabilis. Simile quoq3 euenit in hoĩbus mundi huius: merito ergo omnib⁹ est timẽdũ. Quãuis arbor sit nata: nõ tñ statim est magna: & si magna nõ florida. Et si floret nõ statim p̃ducit fructus. Et si p̃ducit fruct⁹ nõ statim magnos. Et si magni nõ tñ sũt maturi. & si maturi nõ oẽs ad os comedẽtis perueniũt: sed multi decidũt & putrescũt & uel a porcis uel a bestiis aliis deuorant̃. Dixit ei q̃dam. Dñs bñfaciat te finire. Rñdit frater Egidius. Quid mihi p̃dest si regnũ celorũ cẽtũ annis manducasse3 nec bñfinirem? Duo magna bona hoĩs reputo. Deũ amare: & semp a pctõ cauere. Qui haberet hec duo hẽret omnia bona.

¶ De religione. Capitulum.xviii.

Dicebat sctũs frater Egidi⁹ de seip̃o loquens. Uellẽ potius hẽre modicum g̃re in religiõe: q̃ multum in seculo: quia plura pericula & pauciora adiutoria sunt in seculo q̃ in religione. S3 homo peccator plus formidat bonũ suũ: q̃ malũ suũ: quia timet pniam agere & religionẽ intrare: plusq̃ in pctõ iacere: uel in seculo remanere. Itẽ petiit ab eo q̃dã secularis: si religionẽ deberet intrare. Cui frater Egidi⁹ dixit. Si quis pauperrimus sciret thesaurũ p̃ciosũ abscõditum in aliquo agro cõi: nunq̃d ab aliquo cõsiliũ q̃reret: an ad thesaurũ ire deberet? Quanto magis ad fodiẽdum celestẽ thesaurũ deberet times hoĩes ire cum festinatione? hoc ut ille audiuit uenditis oĩbus bonis suis religionẽ itrauit. Dicebat quoq3 sctũs frater Egidius multi religionẽ ingrediunt̃: & que cõueniũt religioni nõ opant̃. Et sunt huiusmodi sicut agricola qui arma Rolandi indueret: & cum eis pugnare nesciret. Nõ.n. oẽs hoĩes equum baiardũ scirent equitare: nec insidẽtes ei scirent a casu sibi cauere. Nõ reputo magnum curiam regis intrare: nec reputo magnum bona a rege recip̃e: s3 magnũ reputo scire: sicut decet in curia regis stare. Curia magni regis est religio: quã nõ ẽ magnum intrare: & aliqua dona dei in ipsa recip̃e: s3 scire sicut decet in ea uiuere: & usq3 in fine3 pseuerare: & deuote ac sollicite. Potius uellẽ in seculari statu existere & uiuere & ad religionis ingressum suspirare: q̃ in religiõe existere & satur eẽ. Gloriosa uirgo mater dei nata fuit de peccatorib⁹ & peccatricibus: nec fuit in aliqua religione: & tñ est id q̃d est. debet religiosus credere se nescire: nec posse uiuere sine religione. Videt̃ mihi q̄ religio fratrũ miorũ uere fuit missa a deo in hunc mũdum ad magnã hoĩum utilitate3. S3 ue nobis nisi simus tales hoĩes quales eẽ debemus. religio fratrũ minorũ uidet̃ mihi paupior & ditior hui⁹ mundi. Sed hoc mihi uidet̃ nostrũ uicium: quia nimis uolumus alte ambulare. A principio mundi usq3 nũc melior religio nec expeditior religione fratrũ minoꝝ apparuit. Ille diues est qui imitatur diuitem: Ille ẽ sapiens qui imitatur sapiente3. Ille est bonus qui imitat̃ bonum. Ille est pulcher q imitat̃ pulchrũ. Ille est nobilis q imitat̃ nobilem: dominũ deum nostrum.

¶ De obedientia. Capitulum.xix.

Quanto magis cõstrictus est religiosus in amore dei sub iugo obediẽtie tãto maiorẽ fructũ reddet. Et quãto magis ẽ religiosus obediẽs & subiectus p̃lato p̃pter honorẽ dei: tanto magis est pauper & mũdus a pctõ suo p̄ceteris hominibus hui⁹ mundi. Religiosus bñ obediẽs similis est hoĩ bñ armato: uel militi sedẽti sup bonu3 equũ: qui transit securus inter hostes: Et nemo põt eũm offendere. Religiosus aute3 obediens cum murmure similis est militi inermi sedenti super malum equũ: qui transiẽs inter hostes cadit & ab inimicis rapit̃. Religiosus q in p̃pria uoluntate uult uiuere: ad ignem inferni uult ire. Quãdiu bos tenet caput sub iugo implent̃ horrea frumento. Bos aũt nõ tenẽs caput sub iugo: sed uagando discurrens: magnus dñs sibi esse uidet̃: sed frumento horrea nõ implet̃. Magni & sapientes ponũt caput humiliter sub iugo obediẽtie: Et stulti de sub iugo caput extrahunt: & obedire cõtenunt. Mater q̃nq3 nutrit filium & exaltat: qui postq̃ magnus effectus est: matri per suam superbiã nõ obedit: sed eam deridet & spernit. Maius reputo obedire homini p̃lato p̃pter amorem dei: q̃ obedire ipsi creatori per seip̃m mandatum aliq̃d imperanti. Qui.n. obedit uicario domini: bene obediret domino sibi aliquid imperãti. Videt̃ aũt mihi q̄ si quis esset in tanta g̃ra q̄ cũ angelis loqueret̃: si uocaretur ab homine cui p̃misit obedientiã: deberet colloquiũ dimittere angelorũ: & homini cui p̃pter deum promisit obediẽtiã: obedire. Qui uero ponit caput sub iugo obediẽtie: & ut sequatur uia3 p̄fectionis postea extrahit de sub iugo obediẽtie caput suũ: h̃ est signum latentis supbie magne. Bona cõsuetudo est uia ad oẽ bonũ: & mala cõsuetudo ẽ uia ad oẽ malũ.

¶ De memoria mortis. Capl'm.xx.

Si quis uixisset ab inicio mundi usq3 modo: & semp passus fuisset malũ in omni uita sua: & modo iret ad omne bonũ: quid noceret ei oẽ malum q̃d passus est? Et si quis habuisset semp bonũ ab inicio seculi usq3 nũc: & nũc iret ad omne malum: q̃d p̃desset ei omne bonũ q̃d habuit? Dixit ei q̃dam

secularis. Vellem in hoc mundo diu uiuere: & in oib⁹ abūdare: cui respondit. Si uiueres mille annis & esses dominus totius mūdi: in morte qđ premiuȝ reciperes a corpore cui seruisti? Sed in modico tēpore qui se bene gerit & bene se custodit: premiū inenarrabile recipiet in futuro.

¶De cōtēplatione. Ca. xxi.

c Vm nullus sit qui ad cōtemplatiuā uitaȝ ascēdere ualeat nisi per actiuam fidelr & deuote exercitatus fuerit: opȝ ut cum omni sollicitudine actiua uita utat. Ille esset bonus actiuus q si possibile esset omnes pauperes huius mūdi pasceret: oēs uestiret: omnia eis necessaria tribueret abūdanter: & oēs ecclesias & hospitalia: & oēs potentes huius mūdi faceret: & si postea hēret malus homo ab omnib⁹ hoībus de mūdo: & ipse bene hoc sciret: & nollet teneri nisi malus. & ꝑpter hoc a nullo bono ope cessaret: sed magis ardenter frequēter & feruēter in omni bono opē se exerceret: sicut ille q nō uult nec desiderat nec expectat aliqd in meritū in hoc mūdo. Cōsiderans qualr Martha solicita: circa frequens ministeriū: adiuuari petēs a sorore: a dño est icrepata: & tñ a bono ope non cessauit. Sic & bonus actiuus nulla increpatione uel despectione dȝ a bono opere cessare: qa non terrenū sed eternū expectat hēre inde ꝑmiū. Ad contēplandā gloriā diuine maiestatis nullus pōt accedere nisi per feruorē spūs & frequentē orōneȝ. Et per feruorē spūs accendit homo: & ad contēplationē ascēdit. quādo cor cū membris est ad hoc totū dispositum plene: ita ꝙ nihil aliđ uult nec pōt cogitare: nisi qđ hȝ & sentit: Ille esset bonus cōtēplatiuus qui si hēret incisos pedes & manus: & extractos oculos & incisum nasum aures & linguam: pre magnitudine suauissimi & ineffabilis & inextimabilis odoris gaudii & dulcedinis: nulla alia membra: nullaqȝ alia que citra celum excogitari possūt: curaret uel hēre desideraret: ꝑpter illud qđ hȝ & sentit. Sicut Maria sedens secus pedes domini: tantā recipiebat dulcedinē uerbi dei: ꝙ nullū hēbat membrū quod posset uel uellet facere aliud ꝙ̄ id qđ faciebat. Et hoc est signum ꝙ conquerēti sorori sue ꝙ eaȝ nō adiuuaret: nihil uerbo uel indicio rñdit. cuius aduocatus factus est xp̄us pro illa respōdēs: ꝙ̄ rñdere nō poterat: quia affētiebat & cogitabat ꝙ̄ illa clamabat. contēplari est ab hominib⁹ esse diuisum: & soli deo esse coniunctū.

¶De uirtutib⁹. Ca. xxii.

d E diuinis rebus fit homo diues: & de humanis fit pauper. ergo multū ea dȝ diligere hō: & ista odire: sicut uniuerse uie terre plene sūt uiciis & peccatis: sic omnes uie celi plene sūt gaudiis & uirtutibus: Gratie & uirtutes sunt creaturis ꝑparate: uocantes omnes & dicentes: uenite & recipite nos & docebimus uos uiā uirtutis: & miser homo nō uult ire. Cuius culpa ergo: si homo uiuit in miseria & paupertate: cum uocet ad dñm & nō uult laborare ire ad ipȝ? & ideo dignus est penis eternis. Sicut uirtutes & gratie sunt uie & scale eundi ad regnū celorū ita uicia & peccata sunt uie & scale eundi ad ꝓfundū inferni. Periculosum est a dño petere grās & uirtutes: quia si scđm grās & uirtutes a dño tibi datas nō oparis: efficeris maior inimicus dei. Et ita plus petere est te maiorem dei inimicum facere ꝑpter ingratitudinē. Quāto maiora dona offert dñs seruo suo: tanto est magis ingratus: si nō custodit & reddit sibi grām. Quāto magis est homo plenus uiciis & peccatis: tāto est magis ei necessarium loqui de uirtutibus & gratiis. Quanto magis impugnatus ē a uiciis & a peccatis: & tāto magis debȝ ea odio hēre. Vnde de omni uicio quod uicerit acquirit sibi uirtutem.

¶De dictis moralib⁹ fratris Egidii. Cap. xxiii.

m Vlte merent & inueniūtur gratie in orone & uirtutes. Quaꝝ prima est hec ꝙ illumiat hō in mente. Scđa ꝙ roborat in fide. Tertia: qa suas cognoscit miserias. Quarta: qa ꝑuenit in timorē: & humiliatur: & uilescit sibi ipsi. Quita: qa ꝑuenit in contritionē. Sexta: quia occurrūt lachrime cōtritiōis. Septima: qa uenit in cordis emēdationē. Octaua: qa purificatur cōscientia. Nona: quia stabilit in patiētia. Decima: qa supponit se obie. Vndecima: qa ꝑuenit ī uerā obedientiā. Duodecima: qa ꝑuenit in sciam. Tertiadecima: qa ꝑuenit in intellectū. Quartadecima: qa peruenit in fortitudineȝ. Quintadecima: qa ꝑuenit in sapientiā. Sextadecima: qa ꝑuenit in noticiā dei: quia se manifestat his qui adorāt eū in spū & ueritate. Postea accenditur in amoreȝ: currit in odorem: ꝑuenit in dulcedinē suauitatis: in mētis quietē ducitur: ac in gloriam ꝑducitur. Postꝙ̄ aūt posuit os in uerbo altissimi: ubi aīa saciatur: quis poterit eā separare ab orone ꝙ̄ ꝑducit ad cōtemplationē? Vt aūt ad ꝑdicta quis ꝑueniat: inter multa alia sex sunt necessaria. uȝ. consideratio suoꝝ maloꝝ ꝑteritoꝝ de quib⁹ oȝ ꝙ doleat. Cautela de ꝑsentibus. Timor de futuris. Consideratio misericordie dei que hoīem expectat de peccatis se non ulciscendo. Cum ꝓ illis mortalis homo sit dignus pena eterna scđm iustitiam diuinā. Attentio bñficiorum dei que explicari nō possunt. uȝ. bñficia incarnationis quā pro nobis assumpsit: passiōis quā pro nobis sustinuit: doctrine quā nobis reliquit. Et glorie quā nobis promisit. Iteȝ dicebat ea que odit secularis: religiosus debet diligere. s. paupertatem. Verecūdiaȝ. nuditatē. famē. sitim. uilitatem. & his similia. Dicebat sctūs frater Egidius de religione. Nauis fracta est. conflictus factus est. fugiat qui fugere pōt. & euadat si pōt. Iteȝ dicebat in feruore spūs. Parisius parisi⁹: destruis ordinem beati Frācisci. Item docuit quēdam ꝑdicatorē ut diceret: bo bo multū dico: & poco fo. i. parū facio. Itē audiendo quēdā dicētē operariis uinee: fate & nō parlate. uocauit frēs dicens audite qd iste dicit: facite & nō loquimini. Cuidam interroganti quare magis ī homine pullularent mala ꝙ̄ bona rñdit. post maledictionem ꝓnior est terra ad producēdum malas herbas ꝙ̄ bonas: tñ assiduus cultor ita frequēter posset opari: ꝙ herbe male uix possent ascendere. Itē querenti de ꝑdestinatione: dixit ꝙ sufficiebat sibi ripa maris ad lauandū pedes manus & totuȝ corpus: & stultus erat si ꝙ̄rebat de illa aꝗ que erat in ꝓfundo maris: & cui sufficit scia ad bene uiuendū: nimis alta nō querat. Item dicebat debes deuȝ rogare ut nō faciat tibi multa bo

Necessaria ad grām cōtēplationis.

Rñsio questioni de predestinatione.

na in hoc seculo: ut te mittat ad dura prelia: & non te adiuuet ꝓpter maius p̄miuꝫ. Item dicebat in hoc pōt cognosci si quis deuꝫ perfecte diligit: si omni sollicitudine separat se a uiciis: & quottidie magis operat̄ bonas operationes. Itē dicebat istud est de sūmis donis dñi dei. uꝫ. custodire gr̄aꝫ sibi a dño datam: & scire lucrari & exfructuare eam in bonis opib⁹ & a peccatis cauere. Item dicebat maior uirtus est sequi gratiam: q̄ tribulationes patiēter sustinere. Pleriqꝫ enim patiēter tollerant tribulationes: sed nō sequunt̄ gr̄am. Iteꝫ dicebat tm̄ est dicere frater minor: quātum uꝫ. subiacere sub pedibus oīum: quia quāto plus est descēsus: tanto magis ascensio. Itē dicebat qui plus amat plus desiderat. Item dicebat magis timere debemus de bonis: q̄ de malis. malum sequit̄ homo: sed bonus est cōtrari⁹. Item dicebat sic debemus cōuersari inter homines ut nō perdam⁹ qđ de⁹ opatur in nobis: & studeamus & sciamus nos saluare cum paucis. Exēplū. Sepius. n. cōtingit ꝙ qui scit natare: si nō sapiēter & caute sciat iuuare illum qui in aquis periclitat̄: ut siml̄ peant & moriantur. Itē dicebat ꝙ de gr̄a quā nō hꝫ homo: tenebitur inde reddere rōnē: quia cū dñs creaturam suā beniuolentia & gr̄a sua creat: ēt ex natura deberet eē beniuolus & gratiosus. Vnde ex negligētia & impfectione sua perdit hō pfectioneꝫ suam. si. n. bñ & sollicite laboraret in gr̄a sibi data & collocata: inueniret & daret sibi gr̄am quā nō hꝫ. Item dicebat melius est eē in domo dei hoc ē in religione plena serpētib⁹: & ibi dominus: q̄ esse in domo pulchra plena deliciis & diuitiis sine uera penitētia. Itē dicebat uolo inquit. Primo eē obediēs usqꝫ in mortem. Scđo uolo subiacere pedibus alioꝝ. Tertio uolo me dure reprehēdere & castigare. Quarto carnes meas uolo dentib⁹ lacerare. Sexto si uolūtarie ab his nollē me retrahere: uolo p uiꝫ cū torque in collo retrahere me. Interrogatus quid sentiret de btō Francisco. R̄ndit totus inflāmatus ex auditu bti Francisci dicēs. Ille homo btūs Francisc⁹ nunq̄ deberet nomiari: qn homo p̄gaudio lāberet labia sua: tantūmō unū sibi defuit. s. corporis fortitudo. Si. n. tale corpus habuisset: quale ego habeo. s. ita robustuꝫ: ꝓculdubio totus mūdus eum minime sequi potuisset p̄dicta de uita & dictis sācti fratris Egidii ad p̄sens sufficiant.

¶De btō frē Corrado de offida.

Hacet perusii in conuentu frater Corradus de offida sanctitate insignis. hic dum quatuordecim annoꝝ eēt uenit ad ordinē: & cum eēt ad studium positus: se deinde de studio leuauit: faciēs deinde officiū per decē annos elemosine: fīr ēt coquine: per dictum tēpus in quodā locello in ipso loco uenit ad eum q̄daꝫ pulcherrima auis & quottidie ad eū ueniebat: & se sup eius humerū ponebat: & q̄nqꝫ antecedebat eum euntē p siluam: uel p hortū dulcissime canēdo. & sic faciebat p singulos dies: a qua indicibiles consolationes recipiebat. Appropinquāte autē die iouis sācta: rogauit frater Corradus dñꝫ ꝙ sibi auferret istam auē illis tribus diebus: quia nō consolationē illis tribus diebus uolebat recipe: sed dolorē & tristitiam ꝓpter diē ueneris sanctam: Quod & factū ē. nā dicta auis se occultauit usqꝫ ad diē resurrectionis de mane. Quo mane uenit pulchrior solito: & fecit sibi dulciorē cātum & maiorē consolationē q̄ facere solebat: & sibi ut dicit̄ locuta ē magnalia: ac ipso uidente recto tramitte ad celū trāsuolauit. ¶In loco Forani ꝓuincie Marchie: cum frater Corradus in cella sequestrata a fratribus in silua eēt: & uenatores bestias insequerētur. lupus sic insecutus ad cellam uenit p̄dicti fratris Corradi. Et exiens ad eum cepit eum p collum sicuti agnum: & duxit eum ad locum fratrū. Quod uidentes fratres mirati sunt & ceperunt p̄deuotione lachrimari fortiter: uidēdo sanctitatē p̄dicti fratris.

¶In dicto loco dum eēt hic sanctus frater Corradus cum socio Frē Petro de monticulo: & in festo purificationis btām uirginē rogaret: ut sibi aliquā dulcedinē daret de illa consolatione quā exhibuit sancto Simeoni: suum filium in suis ulnis collocando: statiꝫ fuit exauditus. Nam domina nr̄a apparuit cum filio cum tanto lumine: ꝙ non solum tenebras effugabat: sed ēt cuncta lumina supabat. & appropinquās ad sanctum frēm Corradum: puerū suum speciosum p̄ filiis hoīuꝫ posuit in eius ulnis. Quem sc̄tūs frater Corradus deuote accipiēs: & labia labiis imprimēs: & pectori pectus astringēs: totus liquefiebat in osculis & amplexibus charitatis. Hec omnia frater Petrus p̄dictus: qui latēter iuerat ad obseruandum eum: luce clara uidebat: ac ex hoc magnā hēbat consolationē. Et cum per spacium sic stetisset: btā Maria tādē cum filio recedēs: ei omnia frater Petrus recitauit. Cui frater Corradus imposuit: ne q̄diu uiueret alicui referaret. Hic fr̄ Corradus in loco sirioli orando liberauit obsessam a demōe: & statiꝫ inde recessit ne mater puelle ad eum accederet: aut ne cōcursus fieret ad euꝫ populoꝝ. ¶Cū ad locum natiuū offide ipse Fr̄ Corradus iuisset uice quadā: & ibi eēt quidā Fr̄ iuuēculus qui de officio & aliis actibus regularibus nō curabat: & insolētissime uiuebat: adeo ꝙ oēs frēs cōturbaret. Cum hoc dicto fratri Corrado a fr̄ibus esset expositūꝫ: & compatiēs tam fr̄ibus q̄ iuueni: ip̄m ad se uocans uerba tā efficatia illi dixit: ꝙ facta manu dñi sup eum statim mutatus est in uirum alium: ita ꝙ factus est in moribus de puero senex: sollicitus: deuotus: obediens: pacific⁹: & obsequiosus: ita ꝙ frēs sicut prius de ipso tristabātur: sic & postea sūme letabant̄. Post hanc conuersationeꝫ paucis diebus elapsis infirmatus iuuēnis: migrauit a seculo cum dolore oīum fratruꝫ. Qui apparēs sancto fratri Corrado oranti ante altarē dicti conuētus: eum salutauit: & se esse aīam dicti fratris insinuauit dicēs: ꝙ ꝓpter aliquas culpas erat in purgatorio: & ꝙ aliquot pater nr̄ diceret ꝓ eius anima: cum eius orō eēt multum accepta deo & dño Iesu xp̄o: qđ faciēs frater Corradus: dum dixisset primū pr̄ nr̄ & scđm: anīa dixit illi. tota a penis cōtinue alleuior: quare sequere & dicas. Qui cum cētum pr̄ nr̄ dixisset: illa aīa regratiando ipsi fratri Corrado ꝓ parte dei dixit: ꝙ liberata a penis pergebat ad gloriam. ¶Sāctus frater Corradus fuit magnus p̄dicator: & deus ip̄m uita: & miraculis reddidit celebrem incōparabilr̄ post mortem.

Nam cum innumeris coruscaret miraculis: inter alia quinq3 mortuos suscitauit ut asseruit diabolus ut habet infra fructu.xiiii.& conformitate in miraculis de idulgentia portiũcule. Propter cui? miracula: qa ipe in loco de insula assisii decesserat: & ibi iacebat: perusini illuc pergentes: manu armata perusium deduxerũt: & stati3 miracula facere cessauit: sed in primo loco.s.de insula: inuocantibus mira adhuc agit ut dicitur.

¶In dicto loco perusii iacet btũs frater Vẽtura laic? pauptatis amator: charitate plenus.qui frẽs forenses recipiebat: & sanctitate preclarus. qui istis temporibus decedens: nunc coruscat miraculis.

¶In pdicto loco de perusio iacet frater Nicola? laicus de assio & infirmarius charitate plen?: & uita sanctissimus.qui paꝝ est ꝙ decessit.& ipm a deo mirificatum in celis: miracula attestãtur in terris: que p eius preces & merita domin? quottidie operat.

¶De fratre Sensu laico.

In loco montis iouis de perusio iacet frater Sensus laicus uir alte cõtẽplationis & rapt?. Hic semel comedebat in die & caules marcidos stantes tota die ad solem. Hic adeo in cella eẽ dilexit: ꝙ & si intensi eẽnt calores: de ipsa nõ exibat: & tñ in cella esse delectabat ꝙ ꝓ toto mundo illa3 delectationẽ nõ mutasset. Vnde dicebat ipse frater Sensus.si mihi concederetur uiuere usq3 ad fine3 mundi: & essem semp sanus: & esse3 dominus auri argẽti hominum & mulierũ.habẽdo omnẽ delectationẽ: & diceres mihi i fine mundi: habebis uitã eternã: & fieret mihi optio. Accipe oia supradicta: uel sta in cella tua. Ego uellem potius stare in cella mea sine oculis manibus & pedibus cũ illo qđ dat mihi de? in cella mea: q̃ oia supradicta. Et l3 esset laicus: illuminat? tñ mlta pulchra dicebat & rñdebat.

¶De.b.frẽ Guilielmo.

In tuderto iacet sanct? frater Guilielm?. hic quãdã puellã nomine clarutiam in aquis molendini submersam: sua inuocatione a mortuis suscitauit. Puerũ propinquũ morti nõ ualentẽ mamillas recipere: sua inuocatione sanauit. Inter cõtractos & curuos sex liberauit.a uariis oculoꝝ infirmitatibus quinq3 curauit. Cuidã muto loquelam restituit. Vsum manuũ & pedũ tribus ꝑbuit: duos a febre eripuit. Mulierem ab infirmitate mamillaꝝ: & quẽda3 a demõio liberauit.dñ3 frẽ3 Ioãnẽ de murro cardinalẽ nr̃3 ab ifirmitate curauit. Ac duos mortuos suscitauit.

¶In dicto etiam loco tuderti sepultus est sctũs frater Rogerius.qui tam euidenti emicuit sanctitate: ꝙ dominus papa Gregorius nonus uere sctũm appellauit: & ei? memoriam apud tudertũ cõcessit celebrari.

¶In dicto etiã loco tuderti iacet frater Petr? de galliendo: qui multa miracula fecit post mortẽ suam.

¶De fratre Iacobo de tuderto.

In tuderto non in loco frm: sed in monasterio sororũ sctẽ Clare de monte sctõ. Iacet sctũs frater bñdictoli qui dicit frater Iacobus de tuderto.uir mirãde sanctitatis: & totus ardẽs in amore dei. Hic a domino papa bonifacio male iformato: multa perpessus patienter sustinuit: sed post liberatus fuit.hic multas laudes magnaꝝ sniaru3 & dulcedine plenas edidit in romãtio: & contra mores dicti bonifacii pape uirilr exclamauit. Et qa aliq̃ notabilia dixit hic ea subinferam.

¶Quomodo hõ põt scire ꝙ sit in charitate.

Dicebat frater Iacobus licet ꝓ certo nõ possi3 scire me eẽ in charitate: habeo tñ aliquas ꝓbatiões. Nã de dei amore habeo istud signu3 uel probationẽ. Quod si aliqd peto a deo & nõ facit: plus diligo eum q̃ prius.si uero facit cõtrariu3: diligo eum in duplo q̃ prius. de amore uero proximi habeo istud signum.ꝙ si me offendit: nõ minus eũ diligo. Nã si minus diligerem: hoc esset signũ ꝙ prius nõ ip3: sed me diligebã.debeo diligere ꝓximũ ꝑpter se nõ ꝑpter me.& amare bonu3 suũ & eius utilitatẽ: & in his gaudere. Et sic faciendo maius bonũ consequor de bonis suis q̃ ipse. Nam de regno Francie ego melius habeo q̃ rex Frãcie: quia iocundor de suo bono & honore & cõmoditate: & ipse hãc iocũditatẽ h3 cũ multa sollicitudine & multis laborib? & angustiis q̃ nõ hẽo ego.

¶De hũilitate quõ hõ ꝑuenit ad sui contẽptum.

Dicebat frater Iacobus homo deberet sic ꝓfunde in oculis suis uilescere & sic abiectu3 se reputare: ꝙ in sua extimatione crederet cõuersationem suã omnibus onerosam & despicabilem. Nã ꝓ hoc in sua humilitate ꝓficeret: & illoꝝ cu3 q̃bus conuersat defectus melius & leuius supportaret. Vnde inquit ipse. Quãdo morabar in curia mihi dicebat: nõ est tibi tediu3 conuersari cũ talib?? Mirũ est ꝙ potes sustinere. Et ego respondebã imo mirũ est ꝙ ipi me sustinent: & nõ expellunt me: sicut diabolu3. Et sic cum quibuscũq3 homo conuersat: deberet se reputare indignum consortio & conuersatiõe eoꝝ ꝑpter uilitatem & miseriã suã. Sed cu3 amor sui sit radix oiu3 uicioꝝ & maloꝝ: & eneruatio oium uirtutu3: sic odiũ sui est origo & fundamentum omniũ uirtutu3: & deletio omniũ uicioꝝ. Vnde homo deberet non tãtum se odire: sed uelle ab omnibus odiri. Ad hoc aũt odiũ sic uenit: debet quis semp diligenter scrutari & studere in cognitione sui: & ex hoc uidebit & cognoscet se malum: & se iudicabit odibilẽ: & se odiet tãquã malum. Et quia ex hac cognitione sui ducitur in cognitionem ueritatis: incipit amare ueritate3 nõ tñ in se sed in oibus. Vnde uult ꝙ omnes illã ueritatẽ de seipo teneãt: quã tenet ipse: & sic iudicãdo se in ueritate odibilem: uellet ab omnib? odiri: nec poterit pati se nõ cõdẽnari: quia in hoc uidet confundi ueritatẽ: quã ipe amat. Et ex hoc mortificatur appetit? laudis quẽ hẽbat: & omnis alius appetitus inordinatus & uiciosus. Et per cõsequẽs exterminat supbia.ira.inuidia. & cetera uicia. Ex hoc.n.acquirit despectus sui: & ois uirtus: & omne bonũ. Nã per hoc senties in aia radicari. prudẽtiã.fortitudinem.tẽperãtiã.iusticiã.& ceteras uirtutes. Et maxime triplicẽ patientiã. Vnde p hoc uenit ad qete3 animi. Prima patiẽtia ẽ uirt? qua qs sustinet patiẽter aduersa. Scđa ẽ doni fortitudinis q̃ qs sustinet libẽter. Tertia ẽ btitudinis.s. bti pacifici qua quis sustinet gaudẽter. Ordo aũt odiẽdi est ut odiat cõsuetudo ui-

Mira [illegible] millen[illegible]

De [illegible] sui p[illegible]

Triplex [illegible]

Triplex patientia

tioꝝ: & diligat eē nature: ita ꝙ utrūq3 suos seruēt ter mios. ut nec ꝓpter seruādā naturā icidat ī uitiū nec ꝓpter extermināda uitia corrūpat natura.

℄De triplici anime statu.

t Res sūt aīe stat⁹. In pmo h3 aīa cognitiōe3 suoꝝ pctōꝝ & lachrimas cōpūctiōis: q ipsa3 ducūt ppe desꝑatiōnē. In scdo trāsit ad ɔsiderādā redēptionē saluatoris. In quo h3 lachrimas cōpassionis ad xpm. In tertio trāsit ad amorē & iste status h3 tres partes. In pma. s. ī pricipio ichoat amare: & h3 lachrimas deuotōis. In scda parte. s. ī pseuerātia h⁹ stat⁹ auget amor. Ita ut nec modicū ualeat īpediri a uocatiōe dei. & cū mūdana īpediāt eā: d3 aīa ipsa ɔtēnere: & h3 lachrimas simplices: qa sūt sine uiolētia: & nescit cā3 qre sibi obueniūt. In tertia parte q dat statū ɔsūmatū stat aīa ī atria dn̄i: & gustat de uita eterna & pdit lachrimas.

℄De quatuor pugnis anime.

cũqʒ pactũ faciẽdũ p laboris mercede hñda. Et hoc
ostẽdit .b. Franciscus dicẽs: & hoc humilr sicut decet
seruos dei. quia non cũ lite merces est petenda: & tã
quã eis danda ex debito: sed uult q̄ qcqd dat̃ p neci
tate: accipiant sine lite: & cum hũilitate: magis habẽ
do respectum ad elemosinã q̃ mercedẽ: qa sic decet fa
cere paupertatis sanctissime sectatores.

¶ Declaratio sexti capituli regule.

F Ratres nihil sibi appropriens &c̃. Istud ẽ sex
tum caplm regule. in quo Mẽs a mũdo suspẽ
ditur: Infirmo cõpatit̃ ui grate dilectionis. In
quo caplo btũs Franciscus tria facit. Primo docet frẽs
se totalr expropriare. Scdo uelle mẽdicare. Tertio q̄
sunt hũilitatis & charitatis uelle ppetrare: scda pars
est ibi. Vadant pro elemosina cõsideter. tertia ibi ubi
qd sit appropriare. cũqʒ frẽs. ¶ Circa primã partẽ sunt aliqua uidẽda &
declaranda. Primũ qd est appropriare: quia dr̃ q̄ frẽs
nihil sibi appropriẽt. Rñdet quatuor magistri q̄ ap
propriare est rẽ suam facere: siue in suum dñiuʒ ouer
tere. Sua aũt res est q̃ transit in arbitrii facultatẽ: ut fa
ciat de ea hñs qd̃ uult: utendo: donando: uẽdẽdo: pi
gnorando: cõmutando. ¶ Scdʒ q̃uo dʒ intelligi: q̄ fra
tres nihil sibi approprient. Rñdent q̄tuor sũmi ponti
fices. uʒ. papa Gregorius: papa Innocẽtius q̄rtus. Ni
colaus tertius: & Clemẽs qntus: q̄ ordo nec in pprio:
nec in cõi dʒ talium pprietatẽ hẽre: sed simplicis facti
usum: ut dicit papa Clemẽs & papa Nicolaus: sʒ q̃uo
debeat itelligi: dñs papa Ioãnes declarauit: ut postea
dicet̃. ¶ Et si q̄rat̃: an talis abdicatio sit meritoria. Re
spondet papa Nicolaus: in declaratiõe q̄ sic: qd ẽ me
ritoria & sctã: & multa alia dicit: q̃ dñs papa Ioãnes
reuocat & oppositũ dicit in decretali q̃ incipit. Quia
uir reprobus. ¶ Tertiũ dubiũ ẽ: cuius erit pprietas &
dñium reꝝ q̄bus frẽs utunt̃. Rñdent sũmi pontifices
uʒ. dñs Innocentius Nicolaus & Clemens: q̄ ecclesie
romane. sed dñs papa Ioãnes uigesimussecũdus in de
cretali q̃ incipit. Ad oditorem canonũ: limitat p̄fatoꝝ
pontificum uerba: & solũ in dñiuʒ ecclesie recipit ec
clesias frũʒ oratoria officinas habitatiões uasa libros
& uestimẽta diuinis officiis deditã: uel dedicata: q̃ ob
uenerunt uel obueniẽt. Alia uero fratrib⁹ ocessa: non
uult q̄ in dñium transeãt romane ecclesie. Et cũ talia
sint multa: cuius sint quo ad pprietatẽ & dñium ipse
nõdum declarauit. Est tñ in p̄dictis sciendũ scdm oẽs
p̄fatos pontifices: q̄ si dantes talia uel ocedẽtes reser
uarent sibi dñium: tũc ad tales ptinent & nõ ad eccle
siam romanã. Sed de talib⁹ dñs Papa nicolaus distin
guit: quia talia q̃ dant̃ fratrib⁹ uel est ecclesia & cimi
terium: uel nõ: si sit ecclesia & cimiterium ad Ro. ec
clesiam ptinet. si nõ. tũc dñium est ocedẽtis. Dicit etiã
dñs papa nicolaus: q̄ utensilia quoꝝ usus eis ocedit̃:
nõ debent hẽre ad ullam supfluitatẽ q̃ deroget paup
tati: uel ut ea distrahant in futuro. Et sup hoc ministri
disponant & custodes cum discretiõe put qualitas lo
corum exigit & oditio: & alie circũstãtie: sic tñ q̄ sem
per pauptas in eis reluceat: ut regula dic̃. Ex isto pas
su. uʒ. q̃uo intelligit̃. q̄ frẽs nihil sibi approprient &c̃.
Sequit̃ rñsio ad illud qd dr̃ sepe. uʒ. per alios religio
sos & nõ nullos alios frẽs. Quomõ in cõi fratres non
habent: quia cum psessio frũm sit uiuere sine pprio:
& nõ dic̃ in cõi. Quare sicut est in aliis religiosis q̃ di
cunt se uiuere sine pprio & hñt in cõi: sic & nos hr̃e
deberemus. Pʒ rñsio. qa nos nõ solum p̄dicta pmitti
mus: sʒ etiã regulam & maxime quo ad illa que p̄fa
ta ocernũt: ut est hoc sextũ caplm: de expropriatiõe:
quia sũmi pontifices sic declarãt: eoꝝ standũ est decla
rationi. Ex ista prima parte capituli. uʒ. fratres nihil si
bi approprient &c̃. Papa Clemens in sua declaratiõe:
q̃ incipit. Exiui de paradiso. pluribus q̄sitis infert unã
rñsionem. Et primo si q̄ratur si fratres pñt esse here
des: uel pcurare q̄ fiant heredes. Rñdet q̄ non. Rõ
ut dicit: quia in successionib⁹ nõ solũ transit usus rei:
sed & dñium suo tẽpore in heredẽ: & talium successio
num que ex natura sua indifferẽter ad pecuniaʒ: & ẽt
ad alia mobilia & imobilia se extendũt: cõsiderata pu
ritate uoti: frẽs nullatenus sunt capaces. Silr phibet
ne ualorẽ hereditatũ sub forma legati frẽs procurent
dimitti: nec dimissa recipiãt: psertim si tanta dimitte
rent̃ q̄ uideret̃ fieri in fraudem. ¶ Scdo si querat̃ de
ãnuis reditibus. Rñdet papa q̄ cum ãnui redditus se
cundum iura inter imobilia censeant̃ sicut ipsi fratres

possessiones: sic nec redditus eorum conditione pensata pnt hére. ¶ Tertio si frés pnt i curiis aduocatis ubi agitant cause: p temporalibus eis dimissis assistere & adesse. Rñdet papa q nullo mō in talibus curiis debent frés adesse: ut testimoniū hēant ab his qui foris sunt: & puritati satisfaciāt uoti sui: & scandalū uitent pximorum. ¶ Quarto: an frés possint esse exequutores ultimarum uoluntatū: uel se intromittere de restitutionibus usurarum & male ablatorum: uel de restitutiōib⁹ faciēdis. Rñdet papa q non. quia sic a dñio pecunie: sic a cōtrectatiōe sunt alieni: uerū in exequēdis pnt ɔsiliū dare. ¶ Quinto si lz fratrib⁹ hortos hēre: ut olera uēdant & uineas. Rñdet papa q frés hēant hortos & hortalitia ē ɔ̄cens: multis de causis: sed q olera uēdātur & alia hortalitia sic & uineas: statui eorum repugnat. rō quia per papā Nicolaū si ager uel uinea fratribus dimittatur ad colendū: frés talia nō pnt hr̃e: sic nec istud cū ad formā ɔuentuū appropinquet. ¶ Sexto de ɔgregatione fruméti tēpore messium & de ɔgregatiōe uini tēpore uindemiarum: dictū est in q̄rto cap. & sufficiat. ¶ Septimo si ecclesias magnas & edificia sumptuosa pnt ɔstruere. Rñdet papa q nō: sz debent fieri edificia humilia & tēperata: nūerositati fratrum cōpetētia: & ordinis pauptati. & sic mādat deinceps fieri. ¶ Octauo si paraméta solēnia & multiplicia ac calices & palia pnt hr̃e frés. Rñdet papa Clemens: q & si dicta fiāt ad dei honorē: cū tñ de⁹ potius cor q̄ manus respiciat: & per illa uult sibi seruiri q̄ cōditioni ɔueniant & statui seruientiū: fratrib⁹ debēt sufficere paméta & uasa ecclesiastica decētia in nūero & magnitudine sufficiētia. Et pciositas uel quecūqz curiositas frūm ɔfessioni nō cōpetit: sapiunt enim aliquā thesaurizationē cōtrariā pauptati. ¶ Nono si lz fratribus in funerib⁹ arma & equos recipe. Rñdet papa q in talibus obseruandū est: qđ i pecuniariis elemosinis est sancitū. ¶ Decimo si frés ex reglā tenent ad tenuē pauperē & arctū usum rerum. Rñdet papa Clemēs: q ex regule ɔfessiōe tenent ad arctos usus seu paupes: q in ipsorum regula ɔtinēt. Hec oia ponit dñs papa in declaratiōe: exponēdo hoc sextū caplm regule. Et qa dictū est supra q appropriare est rē suam facere siue in suum dñiū ɔuertere: ut faciat de ea hñs q uult donando uēdendo &c. Cōsequenter clare pz q uendere emere & huiusmōi: nō liceat fr̃ib⁹: ɔ ipsa tñ pleniori discussione uidendū est de p̄fatis ɔtractib⁹. An liceat fratrib⁹ eos exercere. & ad hoc q̄tuor magistri respondent. ¶ Et primo si querat an frés pnt emere. Rñdēt dicti quatuor magistri q emere. dr̃ tripl'r. Prio mō de pcio rei emende ɔuenire. Scđo modo dr̃ solutionē rei empte ɔcurare: & his duobus modis pnt frés emere. Tertio modo dr̃ emere pecuniā uel pciū ɔ re dare: & hoc fratrib⁹ nō conuenit. Vñ frés emendo pnt dicere uenditori. Ego nō obligo me: quia nō possem: sed ego ɔcurabo fidel'r ut tibi satisfaciā ɔ hac re quā a te accipio. ¶ Scđo an frés possint uendere: Rñdēt dicti q̄tuor magistri: q uendere uno mō dr̃ rem ɔpriā in alienum dñium trāsfundere ɔ pcio. & hoc mō uendit ille q hz rei dñium: & hoc mō frés nō pnt uendere. Scđo mō dr̃ uendere de re aliqua pcium recipe: & hoc mō & si lz fratrib⁹: tñ uendere scđm eorū ɔfessionē ē inhonestum & turpe. de ɔtractu mutuationis dictū ē supra. cap. iiii. ¶ Tertio de cōtractu cōmodationis: An liceat fr̃ibus: q cōtractus differt a cōtractu mutui: qa in mutuo dñium trāsfert nō in accōmodato. Rñdent q̄tuor magr̃i q cōmodatio iportat uno mō rei restitutionem: & hoc modo frés qui nihil pnt hr̃e: nō possūt aliquid in accomodatū hr̃e: Alio mō pōt dicere ɔcurationem uel sollicitudinem rei restituende bona fide: & hoc modo nō importat obligationē realē & sic pnt. ¶ Quarto si q̄rat: An frés possint locare operas suas Rñdent quatuor magistri q si locare iportet cum pacto de mercede conuenire: nō possūt. Si uero locare dicat sine pacto mercedē suam expectare pnt. ¶ Quinto si querat: an frés possint cōmutare res quas hñt in usu. Rñdent quatuor magistri: q rem aliquā in aliam sua auctoritate nō pnt: sed auctoritate ecclesie cōmutare: quia dñs papa Nicolaus licentiā cōcedit generali & ɔuincialib⁹ ministris. uel auctoritate dñi qui rem dedit: uel p̄sumpta uel accepta: possunt res concessas sibi ad usum: in alias magis necessarias cōmutare. ¶ Sexto si q̄ratur: an possint pignorare. Respondēt quatuor magistri: alicui rem ut suā nō pnt obligare: sz auctoritate dñi: rem sibi cōcessam ɔ necariis possūt obligare. ¶ Septimo si q̄rit: an possint donare. Rñdēt quatuor magr̃i. q cum nullā rem habeāt ɔpriam: sua auctoritate non pnt tribuere. Dñs papa Nicolaus in declaratione apostolica auctoritate cōcedit: q uilia intra & extra: fr̃ibus liceat elargiri: habita sup hoc licētia suorum supiorum: pnt etiā donare de lnia dñi dantis & concedentis rem fr̃ib⁹. Quo apparet q lz frés possint adinuicem res & libros accomodare: tñ non sine licentia dare uel recipe datas pnt. ¶ Sed nūquid ɔ penna filo & huiusmōi minutis semp oportet ire ad platum? Rñdet fr̃ Hugo q credit q sufficiat a plato hr̃e licētiam generalem. Sed p̄sumēdo de uolūtate plati nunquid pōt a frē aliquid recipi? Rñdet idē fr̃ Hugo ita. si stati: si fieri pōt: plato denunciet uel pñtetur. Alr̃ de appropriatiōe arguit & de furto: quia furtū hz q sine licētia retinet: uel de uolūtate plati nō p̄sumit. Quod uero religiosi ɔprium abdicātes nō possint dare aliquid uel recipe sine licētia plati sui: hoc asserit beat⁹ Augu. quāto magis frés minores nihil hñtes nec iɔprio nec in cōi. Pz ergo qūo intelligitur. Frés nihil sibi approprient &c. Attñ si ɔprietas fr̃ibus resecat: nō tñ oium usus. quia sic hō ageret cōtra legē nature: cum sine usu multorum eē nature nō conseruat. Sz an aliquis usus uel omnis separet: ul' separari possit a dñio: quia dñs papa Ioānes determinat in decretali. Ad cōditorem canonū: sufficiat eius determinatio. Sed aduertēdum est q ut dictū est: per dñm papā Clemētem: frés ad arctum usum rerum tenet. Quo sequit q illa q̄ sūt necessitatis cōcedunt & frés possunt hr̃e: & nō supflua: ut dicit papa Nicolaus: & Clemēs. Supfluitas resecat a fratrib⁹ & interdicit: Que attēdit in nūero. duo supfluunt si unum sufficit. In quātitate. multū supfluit si parum sufficit: In sumptu. sumptuosum: si uile: in decore:

an possint frés emere & alios cōtract⁹ exercere.

decorum si despicabile. Sequit̃ ẽt ex p̃fatis: ꝙ ex quo dicit̃ ꝙ frẽs nihil sibi approprient &c. ꝙ nec usũ taliũ possunt sibi appropriare. Quo p3 ꝙ grauiter peccant frẽs appropriãtes sibi loca ad usum siue custodias siue ꝓuincias: s3 debẽt p oĩa uolũtati sup̃ioris subiecti in omnibus talibus eẽ. Taliu3.n.locoꝝ appropriatio siue p natiuos siue p alios ẽ nostri ordinis destructio: principiũ sectaꝝ: & omnis diuisiõis. Rõ subditur: q̃re talia nõ debẽt p frẽs appropriari: quia dr̃. S3 sint tanq̃ aduene & pegrini in hoc sc̃lo &c. Sic intelligendo ꝙ domus & loca & patriã in quibus habitam⁹ nec ꝓprias reputemus: nec ut ꝓpriã diligamus. Non mãdat btũs Frãciscus: loci instabilitatẽ: sed uitat omnis usus & ꝓprietatis puersitatẽ. Ad instar aduenaꝝ & pegrinoꝝ utendũ est necessariis: & nõ ut ꝓpriis: s3 ut alienis. Ex hac regule sñia dicẽte: ꝙ frẽs sint tanq̃ aduene & pegrini sc̃d3 q̃tuor magistros: sequit̃ solutio duorum dubioꝝ. ℂ Primũ est: An pauptas quã seruare tenemur ꝓhibeat ne possint frẽs aliquid fixum ad sustẽtatione3 recipe: sicut aliqui uoluerũt: & de facto fecerunt redditũ perpetuũ ordinare: quo frẽs possent in loco aliquo sustentari: ita tñ ꝙ apud frẽs nulla ꝓprietas resideret. ℂ Scd̃m dubiu3: An ꝓhibeat frẽs ne possint hr̃e territoria de quibus p culturã & industriã omnia sustentationi sue nec̃aria ꝓcurarẽt: ita tñ ꝙ ꝓprietas apud alium resideret: ut sicut hñt hortos & olera & fructus: ita hr̃ent uineas & agros. Ad hec dubia p3 rñsio ex hac regule sñia. ℂ Ad primũ ꝙ nõ, p3 qa debẽt esse ut aduene & peregrini: & p cõsequẽs nullum fixum redditum hr̃e: sed in pauptate dño famulari. ℂ Ad scd̃m ꝙ nõ, quia debẽt in pauptate dño famulari. Nam debent pauptate3 quo ad usu3: ut tales sint paupes: ꝙ ẽt mẽdici: quia dicit̃. uadãt ꝓ elemosina cõfidenter. p3 ergo rñsio ad p̃dicta. ℂ Dicit ergo regula ꝙ uadãt ꝓ elemosina cõfidenter. Rõ quia dñs se fec̃ pauperẽ &c. Nam ut dicit prima regula xp̃s & discipuli & btã Maria de elemosinis uixerũt: & mẽdicãdo in triduo quo remãsit in templo (ut dicit Bernardus) stipem q̃rendo iuit. Hoc regule dicto rep̃hẽdunt̃ multi: qui nõ solum nõ uadũt mẽdicare: sed ire uerecũdantur: cuius oppositu3 mãdat regula: & btũs Franciscus suasit & uerbo & exẽplo: ut dicet̃ infra conformitate sextadecima. & cõstitutio antiqua ordinis & consuetudo augebãt. Attñ sciẽdũ est ꝙ nõ est mẽdicãdũ: nisi ad nec̃itate3 & nõ supfluitatẽ. quia. s. sic esset alienũ accipere: ac p̃tendere pauptatẽ ubi nõ est hipocrisis ẽ. Ad imitandũ dñm Iesum xp̃m: qñ indigẽt mẽdicent confidenter frẽs: Et nõ solum inducant̃ ad hoc exequẽdu3 xp̃i exẽplo: sed p̃mio ꝙ penuria hac & pauptate obtinet̃: sed qd̃ p̃miũ: ostendit dicens. Hec est illa celsitudo altissime pauptatis &c. Vbi btũs Frãciscus statũ cõmendãdo pauptatis: ab effectibus qd p̃mii det̃ in futuro & qd in p̃nti ostẽdit. In futuro heredes & reges &c. In p̃senti uirtutibus sublimat̃: & quia sic ẽ. b. Frãciscus hortat̃ frẽs dicẽs: Cui. s. paupertati totaliter inherentes. nihil aliud. fideliter inheret pauptati qui eam corde diligit: & usu seruat. S3 quia paꝝ est incipere nisi quis p̃seueret: Ideo btũs Frãciscus dicit In ppetuum: hãc amplectendã uoluntarie nihil sub celo hr̃e uolendo. ℂ Sed ex iam dictis orit̃ dubiũ: quia. b. Frãciscus uult frẽs mendicare: An frẽs in terris excõicatorum cõmorãtes possint a talib⁹ elemosinas petere & accipe. Rñdet papa Innocẽtius quart⁹. In priuilegio qd̃ incipit. Vobis extremã patientib⁹ ꝓ xp̃i noĩe paupertatẽ. & papa Gregorius nonus in priuilegio p̃fato modo incipiente: & Alexãder quart⁹ in priuilegio eodem modo incipiente dicẽtes ꝙ sic: ꝙ in terris talium excõicatoꝝ fratres pñt ꝯmorari: & petere ab eis uite nec̃aria & recipe: Idem hẽtur in omnib⁹ mare magnis Alex. Bonifa & Clemẽ. Sic ergo p3 secũda pars hui⁹ sexti capituli. ubi btũs Frãcisc⁹ inducebat frẽs ad paupertatis amplexũ & mendicationẽ. ℂ Circa tertiã partem btũs Frãciscus inducit frẽs ad humilitatis & charitatis acceptionẽ. Et primo loquendo de charitate: q̃ esse charitatiui debeãt. Inq̃t. Vbicũq3 sunt & se inuenerint frẽs &c. Vbi btũs Frãciscus charitatẽ uult fratres primo exprimi signo: quia ubicũq3 sunt ostendãt se domesticos &c. & secure manifestet unus alteri necessitatem suã &c. Et quãt⁹ debeat esse dilectionis affectus ostẽdit dicẽs. u3. sicut matris ad filium. quia si mater diligit &c. Secũdo effectu charitatẽ ipsa3 ostẽdit dicẽs. Et si qs eoꝝ in infirmitatẽ ceciderit: alii fratres &c. Vbi primo innuit charitatis & dilectionis affectum in effectu: Ac hũilitatis in seruiẽdo ĩfirmis pãdit bonu3: An iq frẽs p̃fata seruauere. Et suscipiendo oẽs ut frẽs: & seruiendo sibi mutuo sic fr̃ fratri & mr̃ filio: se non solũ impendentes: sed supimpendẽtes fratribus & ꝓ fr̃ibus. He sunt due radices omnis regularis ꝓfessionis. s. charitas fr̃nitatis: & hũilitas subiectiue obedientie & seruitutis. Quib⁹ oĩbus edificatio cõstructa crescit in templũ sc̃tũ3 in dño: & sine eis ruinam religio minat̃. & hec est succincta sñia capituli sexti: & expositio seu declaratio.

Frẽs in terris excõicatorũ pñt mẽdicare.

ℂ Expositio septimi capituli regule.

SI qui fr̃m instigãte inimico &c. Hoc est regule septimũ capl̃m: ubi dicit ꝙ Morbus. s. peccatum: corripit̃. Pr̃ ostendit̃ & describit̃ grate ꝯsolationis. In quo capl̃o. b. Franciscus unum p̃cipit. u3. peccantiũ recursum: cum dicit. Si qui fr̃m &c. Adiungit pium occursum: cũ dicit. Ipsi uero ministri &c. ℂ Circa primũ est sciendũ & uidendu3. An generalis minister & ꝓuinciales: possint sibi aliquos casus reseruare. Rñsio p3 ex regula que p̃supponendo ꝙ sic: dic̃ fr̃ibus quid agendũ. unde generalis minister in generali capl̃o & ꝓuinciales ministri in ꝓuincialib⁹ capitulis libere pñt ordinare de q̃busdam casibus: ut ad solos ipsos recurrat̃ ꝓ absolutione. Et aduerte ꝙ regula: quia nullum ponit exp̃sse reseruatũ: ꝯcedit ꝯsequẽter libere ipsis de qualitate & quãtitate arbitrari. Possunt ergo determinare que pc̃tã dum fiũt publice recurrat̃ ad ministros ꝓ ipsis: & de q̃bus non: & sic de occultis. Scd̃m uidendũ est de quibus peccatis intelligit regula Cum dicit. Si q̃ frũm instigãte inimico &c. An de publicis itelligit̃ uel occultis. Rñdet papa Gregorius nonus: & papa Innocẽtius in declaratiõib⁹ regule: ꝙ ad pc̃tã publica refert̃ & nõ ad occulta. Sed

Auctoritas mistrorum

nunquid qñ sic recurrit ad eos: põt talia absoluenda
cõmittere aliis: ac etiã ꝓ uitandis discursib⁹ frũm. Rñ-
det papa Innocẽtius in declaratiõe ꝙ sic. s3. custodi-
bus & aliis fratrib⁹ absolutionẽ talium. Et uult papa
ꝙ per generalẽ & ministros deputent q cõfessiões ta-
lium audiãt cum fuerint occulta p̃fata: nisi frẽs ipsi mi
nistris aut custodibus ad eoꝝ loca declinãtib⁹ malue-
rint cõfiteri. Hoc ẽt loco apparet ꝙ ministris cura cõ
missa est animaꝝ: quia casus possũt arctare & ꝯcede
re: ut p3 ex hoc regule loco. Quid ergo btũs Frãcisc⁹
inqt: Teneant uerbu3 obligatoriũ & ui3 hñs p̃cepti:
sine mora ad suos ministros recurrere: Cum enim hõ
infirmus utroq3 hoie suam debeat reqrere salutẽ: qre
& frater infirm⁹ aĩa: & diabolo ex pc̃tõ subiect⁹. Et
sic p3 qualiter fieri debeat accessus. Sed quia iniquũ
est & impiũ afflicto ingerere afflictionem: & infirmis
nullo modo cõpati: utpote: qa facile quis talis laberet
in desperationẽ: Btũs Franciscus in sc̃da parte suadet
benignũ talibus accedentib⁹ per p̃latos occursum di
cens. Ipsi uero ministri si presbiteri sunt cũ misericor-
dia &c̃. Ecce affectus & occursus benign⁹. Et aduer-
te ꝙ btũs Franciscus frẽs peccãtes nõ mittit ad alios
sed ad ministros: ut det itelligi ꝙ nullis existẽtib⁹ ex-
tra nostrũ ordinẽ: nisi in nec̃itatis articulo: & deficiẽti
bus cõfessorib⁹ ordinis frẽs debeãt confiteri. Dñs pa
pa Bonifacius octau⁹ fribus inhibet in suo mari ma-
gno: ne frẽs nisi in nec̃itatis articulo aliis q̃ p̃latis suis
confiteant uel aliis eiusdem ordinis sacerdotib⁹: ut uo
lunt eiusdem ordinis statuta: tales eni3 sic confitentes
aliis extra ordinẽ sacerdotib⁹: nõ diluunt pc̃tm̃ s3 au-
gent: quia inobediẽtes sũt & sue regl'e trãsgressores.
Dicit ergo btũs Frãciscus ꝙ penitẽtia nõ est dimitten
da: sed cũ misericordia est iniũgenda. Iõ dicit sed cum
misericordia iniũgant illis pniã3 nõ ꝙ remittãt. Meli⁹
est. n. ut dicit ipse. b. Frãciscus uelle reddere rõnẽ deo
ꝓpter misericordiã: q̃ ꝓpter crudelitatẽ. b. Franciscus
uult ꝙ fiat misericordia nõ dimittẽdo iustitiam. Nõ di
cit fiat illis solum misericordia dimittẽdo iustitiã: s3 cũ
misericordia fiat iustitia: quia una sine alia nihil ẽ. Et
solum faciẽdo misericordiã: & iustitiã totalr̃ dimitten
do: est ordinũ destructio & cuiuslib3 ciuitatis. Verum
btũs Franciscus distinctionẽ facit de p̃sidẽtib⁹ & mi-
nistris dicens. Si p̃sbiteri sũt cũ misericordia &c̃. Si ue
ro p̃sbiteri nõ sũt &c̃. ¶ Vbi primo notãdũ ꝙ absolu-
tionem taliũ & si ministri possint cõmittere frib⁹: non
tñ extra ordinẽ exñtibus: ut dictũ est. ¶ Sc̃do notan
dum est: ꝙ. b. Franciscus nõ uult ꝙ ministri nõ sacer-
dotes peccantibus pniam iponant: & l3 in regula ni-
hil tangat de cã nec aliqs tãgat: Puto tñ ꝙ cã sit mul
tiplex. Prima: quia ad sacerdotẽ ui clauiũ uidet aucto
ritas absoluendi principalr̃ pertinere. Sc̃da quia aliqñ
contingit ꝙ sacerdos erit q peccat: & ꝓpter reuerẽtiã
officii qđ h3: ab idigniori nõ uult eũ puniri. Tertia qa
in talibus sic peccantibus occurrunt aliqua: q̃ ipsi pec
cantes nulli panderẽt extra cõfessionẽ: & si publicum
sit pc̃tm̃ patratum: quare ut tam in foro cõfessionis q̃
in exteriori possint absolui: non uult beatus Francisc⁹
p ministros nõ sacerdotes eis pniam iniungi. ¶ Ter-

Cur mistri nõ facer- dotes non possint in iũger pec cãtib⁹ pe- nitẽtiam.

tio notandũ ex hoc passu regule ꝙ ministri ut ordina
rii hñt potestatẽ & auctoritatẽ delegandi: qa dr̃ ꝙ in
iungi faciãt p alios sacerdotes nõ seculares & alioru3
ordinum: sed ordis. s. ꝓprii minoꝝ. ¶ Quarto notãdũ
est: ꝙ ministri nõ solũ hñt auctoritatẽ absoluẽdi in ca
sibus reseruatis frẽs ut p̃dictũ est: sed ẽt in casib⁹ plu
ribus reseruatis a iure. u3. in casibus ꝓ qbus excõica-
tionis & interdicti: aut suspẽsionis icurrerẽt sñias: ꝓut
dicit papa Bonifaci⁹ in suo mari magno. Et dñi Inno
centius & Alexãder quartus in priuilegiis quoꝝ pri-
mu3 icipit. In iure canonico: & sc̃dm icipit: L3 ad hoc
frm. Et nõ solum frẽs ꝓfessos sed & uolentes ordine3
itrare a p̃fatis põt absoluere: nisi talis esset casus per
quẽ merito sedes apostolica eẽt consulenda. A partici
patione cum excõicatis maiori excõicatiõe custodes
& guardiani põt absoluere: ex priuilegio Alexan. qr-
ti & incipit. Contingit interdũ. Generalis & ꝓuincia-
les ministri absolui põt a cõfessore suo ab excõicatio
ne: & dispensari cũ eis in irregularitatib⁹ p priuilegiũ
Alex. qđ incipit. Ordinis uestri generosa plantatio: &
per mare magnũ Bonifacii. Sic ergo p3. de auctorita-
te ministroꝝ. Veꝝ qa nõnulli aspiciẽtes festucã ꝓxi-
mi & suam trabe3 nõ aduertẽtes: ꝯtra delinquẽtes ex
candescũt. Btũs Frãciscus subdit in regula. Et cauere
debẽt ne irascant &c̃. Nõ debẽt irasci peccãtib⁹. i. cor
de cõcitari nec turbari. i. uerbis turbatiõis irritari. Rõ
ꝙ debeãt dulciter benigne & misericorditer recipe &
tractare. Talia. n. nõ ostẽdũt dilectionẽ sed potius: ut
dicit beatus Frãciscus impediũt charitatẽ. s. fraternã.
Sic ergo p3 succincte hui⁹ capituli sentẽtia.

¶ Expositio octaui capituli regule.

Uniuersi frẽs &c̃. Hoc ẽ capl'3 octauũ. In quo
Ordo dirigit Pater eligit ꝓ loco regulatiõis.
Et in hoc caplõ. b. Frãciscus duo facit. Nam
tangit generalis mistri istitutionẽ & destitutionem: &
hoc in prima parte: in secũda tangit caploꝝ ꝓuincia-
lium celebratiõe3: ibi. Post caplm̃ uero pentecostes.
¶ Circa primã partẽ aduertendũ est: cum in quolibet
corpore duo esse capita sit deforme in natura: sic & in
corpore sacre existit religionis. ut u3. ibi nõ duo sint:
sed unũ caput. Et sic uult. b. Franciscus in sua esse re-
ligione. & hoc ostẽdit dicens. Mando ꝙ frẽs uniuersi
istius religionis teneant semp hr̃e generale3 ministꝝ:
nõ dicit generales ministros: ut unitatem insinuet ca-
pitis: cui ut mẽbra capiti sint subiecti: & eide3 teneãt
firmiter obedire. Sed qualr̃ hoc caput est p̃ficiendu3.
in ordie? Nõ certe casu & fortuitu: aut ꝓuisiõe: sed ele
ctiõe: & hoc ut dicit in caplõ pẽtecostes. Quo appa-
ret ꝙ in caplõ pẽteco. electio generalis mistri d3 cele
brari. Ad qđ caplm̃ tenẽtur mistri ꝓuinciales accede
re &c̃. Et qa regula dic̃ ꝙ electio generalis fiat a mi-
nistris ꝓuincialib⁹ & custodib⁹: Et in qualibet ꝓuin-
cia: & si nõ sit nisi unus mister sũt tñ plures custodes.
Hinc est ꝙ ne oẽs custodes ꝓuinciaꝝ ordis cõtinge-
ret ꝓ electiõe generalis ad caplm̃ generale accedere:
ordinauerũt sũmi pontifices. s. Gregorius non⁹: Inno
cẽtius quartus: Nicolaus tertius: & Clemẽs qntus ꝙ
de qualibet ꝓuicia ordis solus un⁹ custos accedat. q

ab aliis custodibus prouincie eligat: & cui p custodes uices eoꝝ ɔmittāt: quātū ad electionē generalis ministri. ¶ Circa electionē generalis mistri sūt duo notanda. Primū est scdm papam Bonifaciū in suo mari magno: qa cum frēs de remotis partib⁹ oporteat ɔuenire ad huiusmōi electōe3: tēpus a iure statutū sup hoc ñ currit: nec ipsi i hac parte iuris huiusmōi regl'e coartātur. ¶ Scdm ꝙ statim ꝙ sūt electi. i. electiōis decretum pnūciatū: uerus generalis absq3 alia ɔfirmatione habeat. Vt dic̄ idem papa Bonifaci⁹: in dicto suo mari magno. cap. prio. Et qa in generali caplo nō solū fit electio generalis: sed & ordis statuta: qri pōt an capl3 generale arctare possit ptāte3 mistri generalis. Rn̄dēt quatuor magri ꝙ sic. ꝙ arctare pōt capl3 generale potestatem generalis mistri: & puicialiū mistroꝝ. Rō ut dicūt ē. ꝙ intētio regule ē ꝙ celebrer caplm generale: & caplm generale ordinatū ē: ut ea per que pōt perfectiōis puritas custodiri ordinētur: nec a supiori ul' iferiori possint aliquaten⁹ uiolari. Qua rōne ɔcludūt ꝙ si caplm generale pp̄ter uitādū periculū religiōis coarctat generalis ptāte & puincialiū: & aliqua alia salubria ordinat iter frēs generalr' obseruāda: auctoritate regule q̄ prestat auctoritatē caplo generali: p generalem nō poterit ifirmari. Et ɔcludūt pari rōne. ꝙ qcqd de cōi ɔsensu supioꝝ & iferioꝝ ordinis fuerit generaliter ordinatum in caplo generali: & sūmo pontifice approbāte: nō poterūt per solos supiores uel p solos iferiores aliqten⁹ irritari: & maxime in illis i qb⁹ ē ordinatio & limitatio potestatū. Dicto a btō Frācisco de istitutione generalis mistri: consequēter agit de ipsi⁹ destitutiōe & depositiōe. ¶ Et p huius euidētia primo qrēdū ē qd itelligit nomie uniuersitatis. Rn̄dēt quatuor magri scdm iura. ꝙ maior pars. & p maiore3 partem scdm Clemētē papam in declaratiōe loquētē de electiōe mistroꝝ: nō itelligit pars sanior sed maior pars quo ad nūeꝝ uocū: Ita credo ꝙ sit itell'enda maior pars in electiōe general': ut ad nūeꝝ uocū referat nulla zeli uel meriti collatiōe aut ɔsideratiōe habita. ¶ Scdo pp̄ter qd generalis erit absoluēdus. Rn̄det regula ꝙ pp̄ter isufficiētiā quo ad duo. u3. ad seruitiū: & sic tangit isufficiētia3 psone: uel rōne ifirmitatis ul' alterius ipotētie: qbus nō posset que sūt uisitanda uisitare. ¶ Secūdo quo ad cōem utilitatē frum. cōis utilitas frum ē: ut nō sit fribus onerosus in expēsis: & alias habeat ɔditōes quas descripsi generalē mistrū debere hr̄e: de qbus dicet fructu & ɔformitate duodecima. ca. xxxii. Vbi ergo dicta nō sūt: qa ē destructio cōis utilitatis frum: mistri possūt eū absoluere: & hoc i caplo generali pētecostes. Extra uero ut p3 nō pn̄t: qa mistri ex regula nō hn̄t ɔgregari nisi in caplo generali qre ppositū. ¶ Et notādū ꝙ. b. Frāciscus nō solum concedit ob isufficiētiā generalē debere absolui a ministris: Imo mādat eis dicens: ꝙ ministri teneātur in noie dn̄i alium sibi eligere in custodē. ¶ Tertio qd itelligit in hoc caplo & spālr in hac parte: teneāt eligere in custode3: noie custodis? Rn̄det ꝙ itellr hic noie custodis mister generalis: ac ēt noie custodie puicie itelligunt: cum subdit de mistris puincialib⁹ ꝙ pn̄t in suis custodiis &c̄. i. puiciis eis ad custodiā deputatis &c̄. Sic ēt antiqtus nomē mistri ad generalē & puinciales sic & ad locales platos. i. ad guardianos extendebat. Nam guardiani mistri dicebant: ut dicūt q̄tuor magri. sic nomē custodis ut p3 hoc caplo ad generalē & puiciales mistros se extendit. Sic ergo pfatis patet huius capituli prime partis aliqualis declaratio. Secūde. n. partis declaratio p3 ex se. qre non idiget expōne ulteriori: nisi in hoc ꝙ dic̄ mistri & custodes &c̄. Credo ꝙ quādo regula facta ē: puicie erāt latiores q̄ sint modo: & p ɔsequēs custodie diffusiores. qa ergo facilius erat custodiā ɔgregari: & ad caplm ɔuocare q̄ puinciam: ideo custodib⁹ ɔcedit caplm tale posse celebrare. Alr' posset dici iuxta dicta ꝙ p custodias: itelligunt puincie. Modo capl'a puicialia sine custodib⁹ celebrari nō possūt. Sic ergo dic̄ regl'a ꝙ mistri & custodes. i. una cū custodib⁹: i suis custodiis. i. puiciis possint frēs ad capl3 ɔuocare. & sic p3 clare totum.

¶ Expositio noni capituli regule.

F Ratres nō pdicent i epatu &c̄. In quo caplo. Cetus suspendit: Verbum pponit sancte eruditiōis. In quo caplo. b. Francisc⁹ duplicē ponit phibitionē & hoc i pricipio. Secūdo fac̄ quādam ad fratres exhortationē. ibi. Moneo &c̄. ¶ Circa primam partē duplicē pmittit phibitionem & pria ē ne frēs ɔtra uolūtatē epoꝝ pdicēt in epatu alicui⁹ epi. & hoc egit btūs Franciscus ad uitanda scādala alioꝝ. Mandat tn̄ Gregorius nonus in priuilegio qd̄ icipit. Cum q recipit pphia3 &c̄. & i alio qd̄ icipit. Quoniā abundauit iniqtas: oibus ecclesiaꝝ platis ꝙ pdicare frēs libere pmittant populo: eis puideant de necessariis & iuuent ɔsiliis & fauorib⁹ opportunis. Btūs Frāciscus nunq̄ uoluit ipetrare priuilegiū ut frēs possent pdicare i epatu ɔtra uolūtatem epoꝝ: sed oppositum semp uoluit dicēs: ꝙ talia facili⁹ fierent cū pace eporum & clericoꝝ q̄ alio mō. Est tn̄ sciēdū ꝙ hec phibitio pōt itelligi sic. u3. itelligēdo epatum p ecclesia cathedrali: & ecclesiis parochialib⁹: & sic ad lr̄am ē uerum: ꝙ frēs nō debēt ēt si possint. Sed itelligendo per epatum diocesim totam hoc nō ē ueꝝ. qa frēs i locis ppriis & i monasteriis soroꝝ i diocesi aliq̄ ɔstitutis: ɔtra uoluntatē epoꝝ & clericoꝝ pn̄t pdicare uerbu3 dei. Nisi actualr' ipse eps pdicaret. Rō ē: qa loca nr̄a & monasteria soroꝝ exēpta sūt a cuiuscunq3 iferioris dn̄o pape iurisdicione. ¶ Secūda phibitio bti Frācisci ē Cum dic̄ ꝙ nullus populo audeat predicare &c̄. Quia multiplicatis frib⁹ ualde difficile erat hoc implere. Summi pontifices: uidelicet dominus Innocentius Nicolaus & Alexander in priuilegio qd̄ incipit. Prohibente regula. cōmiserunt ministris & eorum uicariis & hoc in capitulis puincialibus dūtaxat & nō extra. ꝙ cū diffinitorib⁹ capituli examinatis & approbatis offm̄ possent pdicatiōis omittere: Attn̄ si eēt aliquis in sacra pagina multum eruditus & examinatione nō indigeret & ad caplm conueniret: puinciales cū diffinitorib⁹ auctoritatē pdicandi possunt concedere: ut dicit Innocētius in declaratiōe. Generalis tn̄ minister pōt extra capitula officiu3 pdicationis concedere

put dicit regula & declaratiões. ita tñ ꝙ sint examinati & approbati per prius. Postmodū btūs Frāciscus in secunda parte: quia ipse in prima regula dixerat ꝙ omnes fratres operibus predicēt: ideo subditur in secunda parte monitionē dicens. Moneo quoq3 & exhortor &c. Vbi ponit predicatoris uerbū qualiter debet esse conditionatum. Nam ponit ꝙ debet esse catholicu3: quia sint examiata: ne uidelicet sint erronea uel incauta. secundo debet esse mundum & honestu3: nec fabulis poetarum admixtum: quia casta: ne sapiat immūdiciam & uanitatem. tertio salubre: quia ad utilitatem populi. quarto debet esse exēplare. i. ab habēte uite exemplaritatē: quia plus mouēt facta q̄ uerba: ideo dicit ad edificationē populi. quinto distinctum & nō cōfusum: quia annūciādo uicia & uirtutes pena3 & gloriā. in his quatuor stat distinctio predicationis. sexto nō debet esse prolixū: quia cū breuitate sermonis &c. Que oīa modicū per fratres: qui presentib⁹ predicant temporibus seruātur. Sic ergo patet huius noni capituli declaratio.

¶ Expositio decimi capituli regule.

Fratres qui sunt ministri &c. Hoc est capitulum decimū regule: in quo culpa corrigitur: uirtus edicitur & odor siue tenor oīs bone cōuersationis. In quo btūs Frāciscus duo facit. quia prio ponit prelatorum ordinis informationē. secūdo subdit subditoꝝ obediētie exhibitionē ibi. Fratres uero qui sunt subditi &c. ¶ Circa primā partē ostēdit qualiter prelati ordinis se habere debent ad subditos: & hoc ostēdit quedā premittēdo: quedā subiungēdo: queda3 precauēda suadēdo. Premittit qūo prelati ordinis sint censendi: quia ministri & serui. in primo humilitas: in secūdo utilitas ostēditur. Nomine ministri itelligit hic oēs ordinis prelatos: quia si de solis ministris ꝓuincialibus intelligeretur: fratres custodib⁹ & guardianis minime obedire tenerentur. Ministros uoluit uocare prelatos ordinis btūs Frāciscus ut ostēderet se iuxta euāgeliū talib⁹ nomē īposuisse. Luc. xxii. Qui maior ē uestrum erit minister uester. Et ꝙ prelati ordinis tā humilitatis q̄ uite imitatiōe xp̄o essent cōformes: qui dicit Matth. xx. Fili⁹ hoīs nō uenit ministrari: s3 ministrare: & animā suā &c. Noīe serui btūs Frācisc⁹ exprimit ꝙ sup subditos nō habēt dominiū: nec domini sunt censendi: sed debēt esse serui: fratrū utilitati & ministerio seruiētes. Hec duo ubi menti presidētium in hoc ordine iugiter p meditationē adessent: nō supbirēt: nec prelationes ambirēt uti fit. Et quare debēt talium recordari dixit btūs Frācisc⁹ in prima regula: quia eis est cōmissa aiarū cura. Et si aliqs perdeř ꝓpter eoꝝ culpa3 & malū exemplū: oportebit eos reddere rationē corā deo & domino nr̄o iesu xp̄o. ¶ Secūdo quedā subiungit. uidelicet modū quē tenere debēt erga subditos: & hoc cū dicit. Visitēt &c. Ex quo presuppositū est ꝙ p̄lati sunt ministri & serui alioꝝ fratrū: qd peragere debent? Certe uisitēt. Vbi ponit tres actus. uidelicet primū uisitationis: uidelicet si aliqd deficit eis: & sic subueniēdo. Item si aliqd cōtra regulā & ordinationes est cōmissum: & hoc tā publice q̄ priuate scire conētur: & hoc ut sciāt qd agēdū erga subditū. Et si cognoscerēt subditū nō agere decēter & debite: btūs Frāciscus ponit secūdū actū. s. monitionis: quia p̄lati nō debēt subditos statim si cognoscāt defectuosos penitētia detegere uel percutere: sed iuxta euāgeliū inter se & ipsu3 humiliter & benigne monere: ut omittat q̄ egit: & ad uirtuosa exercēda assurgat. Et ubi monitio nō ualeret ponit btūs Frācisc⁹ tertiū actū. s. correptionis: q̄ fiat nō uerbis exasperatoriis: sed humilib⁹ & charitatiuis: qa ut fratrē lucreř debet eū corrigere. dimittat in arguēdo cōtumeliā: & sibi cōpassionē ostēdat & clemētiā nō omittēdo tamē iustitiā: & si cū misericordia. ¶ Tertio btūs Frācisc⁹ q̄dā p̄cauēda subnectit dicēs. Nō p̄cipientes eis aliqd quod sit cōtra animā suā & regulā nostram. Vbi est uidēdū qd est cōtra animā. Respōdeř ꝙ peccatū mortale: incētiuum & inductiuū ad mortale. Quid dicit cōtra regulā esse? Respōdēt quatuor magistri. cōtra regulā uideř esse: nō solū quod est cōtra regule precepta: imo cōtra statuta ordinis ad seruādū regule puritatē. Dicit ergo btūs Frāciscus ꝙ prelati debent cauere ut nō p̄cipiāt subditis aliquid qđ sit cōtra animā suā. i. inducēs ad peccatū: uel qđ sit peccatū. unde audire ꝯfessiões mulierū peccatū nō est: & tamē in patiēte fragilitatē carnis posset esse incētiuū ad malū. Si aliqs frater sic inclinareř: & dubitaret ne in peccatū caderet: & ob hoc nollet ꝯfessiones audire: dicūt quatuor magistri ꝙ prelatus ut audiret cōfessiões taliū. s. mulierū: nō posset sibi precipere. Sic & de illis agēdis q̄ sunt ꝯtra statuta ordinis ad seruādū regule puritatē: utpote ꝙ uadat ad querēdū pecuniā cōtra modos ordinis declarationū & statutoru3: & sic de similib⁹. p̄ria parte p̄missa se ad partem flectit secundam. ¶ Secūda pars est cu3 dicit. Fratres uero q̄ sunt subditi &c. Vbi btūs Frāciscus duo facit. quia primo tāgit q̄dā particularia. secūdo ponit q̄dā generalia: ibi cum dicit. Moneo & exhortor &c. In prima parte btūs Frāciscus duo ponit. quia primo mādat ad p̄latos obediētiā. secūdo remouet idecētiā: ibi cū dicit. Et ubicūq3 sūt fratres &c. Btūs Frācisc⁹ postq̄ ordinauit p̄latos ad subditos: ecōuerso regulat subditos ad p̄latos dicēs. Fratres uero q̄ sunt subditi &c. Vbi ponit oīs obediētie & humilitatis fundamētū: uidelicet abnegationē ꝓprie uolūtatis. hoc enim posito ꝙ homo abneget semetipsum: & cōseq̄nter suā uolūtatē: sequiř imediate ꝙ homo sit obediēs. Sed hoc btūs Frācisc⁹ ponit dicēs: ꝙ fratres subditi recordētur ꝙ ꝓpter deū abnegauerūt ꝓprias uoluntates. Quo posito: iferř p̄ceptū dicēs. Vnde p̄cipio eis firmiter. i. nō modo: sed semp: ut obediāt suis ministris. i. oibus ordinis p̄latis: i oib⁹ ad q̄. s. uoto se astrinxerunt: uel ad ipsoꝝ obseruātiā spectat: uel trāsgressionis eoꝝ uitationē. Nec uideř btūs Frācisc⁹ ponere seu artare fratres ad illā pfectā obediētiā: q̄ legem nescit: nec terminis coartař: neq3 cōtēta pfectiōis angustiis: sed ferř in latitudinē charitatis: q̄ pōt dici obediētia supererogationis: sed artat fratres ad obediētiā pfectionis: uidelicet ut obediāt p̄latis i oibus q̄ ꝓmiserūt domino obseruare: & nō sunt cōtraria anie & regule nostre: quia in talib⁹ sicut p̄lati nō possunt p̄cipere ut di

Obedie supero tionis

ctum est sic nec subditi tenētur obedire. Sʒ attēde φ ī
regula ponit triplex obediētia.s.necessitatis: ut in pre
senti caplo: & supra in caplo de ꝓfessione. Alia est cha
ritatis ibi in caplo sexto. Vbicūqʒ sunt & se iuenerint
fratres: ostēdāt se domesticos &c. tertia est humilita-
tis: & est ꝑlatoꝝ ad subditos. quia hic in isto capitulo
docet φ subditi dicere possint eis & facere: sicut domi
ni seruis suis. Posita subditoꝝ obediētia: btūs Frācisc⁹
remouet quādā idecētiā dicēs. Et ubicūqʒ sunt fratres
qui nō possent &c. Circa quā partē uidēdū est qd est
regulā spiritualiter obsaruare. Respōdet ꝑ aliquos φ
est obseruatio secūdū rigorē: siue secūdū puritatē: siue
sine occasione ad malū ꝓxima & peccatū. Et ꝑ oppo
situm regulā nō spūaliter obseruare: uel nō posse: ē nō
posse obseruare regulā secūdū suū rigorē: siue secūdū
puritatē: siue sine occasione ꝓxima ad peccatum. Sed
aliter uidet dicēdū tā ex uerbis h⁹ scđe regle q̄ ex uer
bis prime regule: ubi habet φ fratres in qbuscūqʒ lo
cis sunt: q nō possent spūalr uitā nostrā seruare: idipm
suo ministro significēt. Et regula dicit. ubicūqʒ sūt fra-
tres. uidet ergo ex uerbis ꝑfatis: φ ad locū sit talis in-
obseruātia regule reflectēda: sed qūo? Certe cū tali lo
co ānexa est ꝓprietas: uel cura aiaꝝ pueros baptizā-
di: & alia parochialia faciēdi. Aut quia ibi uero domi
no reclamāte morant fratres. Aut quia ꝓpter necessa-
riorum penuriā oportet eos in cōgregationib⁹ uel q̄sti
bus inho-estis cōtra regule puritatē & usum ordinis
generalē excedere. Aut ꝓpter societatē inhonestā: uel
iportabilē fratrib⁹ presertim rudib⁹ & infirmis: & sic
de similib⁹ ꝓpter huiusmodi causas fratres debēt: &
possunt ad suos ministros recurrere per eos remouēdi
ab inde. Subdit btūs Frācisus qualiter circa taliū re-
cursum se debēt habere ministri dicēs: φ ministri cha
ritatiue & benigne. charitas sit in facto & benignitas
in actu & uerbo: ac familiariter se habeāt sic circa ta-
les: ut fratres recurrētes sic de ipsis possint exercere:
ut domini agūt de seruis. Et causa est: quia exēplo xp̄i
q formā serui accepit: ministri debēt esse serui omniuʒ
fratrū. Nec ex tali seruili cōdescēsiōe: ꝑlati auctoritas
minuitur: sed auget: cū dicat saluator. Qui se humiliat
exaltabit. Condescēdat talib⁹ benigne & charitatiue
uerbo.s.& facto. ¶ Moneo uero &c. Btūs Frācisc⁹ po
nit q̄dā generalia tam ad ꝑlatos q̄ ad subditos: & sūt
q̄dā monitiones & exhortationes ad ꝓdicta ptinētes.
prima est ut sint humiles & nō elati: quia caueāt fra-
tres ab oī supbia.i.oī specie supbie: que multe sunt se
cundum Gregoriū: uidelicet hypochrisis: iactātia: ela
tio: ambitio: conuiciū: contemptus: arrogātia: irreuerē-
tia: isolētia: ingratitudo: & sic de aliis. secūda ut bonū
intētione peragant recta: & cōsequēter obediāt: quia
uanā gloriā uitēt. tertia bonum diligant mutuum: quia
ab inuidia. quarta ut linguam coherceant a detractio
ne & murmuratiōe. quinta nō ihereāt habēdis: qa cu
ra & solicitudine huius seculi. sexta non ꝑsumant ul-
tra eoꝝ uocationē: quia nesciētes litteras nō curēt di-
scere. septimo hortat uirtutes arripere primaʒ gratie
& bone actionis: quia spiritū domini & sanctam eius
operationem. secundam mentalis eleuationis: qa ora-
re ad deum &c. tertiam supportationis: quia habere
patientiam & quomodo? subdit in persecutione &c.
quartā sue abiectionis: quia humilitatem. quintam ꝑ-
seuerantie: ratione consumatiōis: quia qui perseuera-
uerit usqʒ in finem: hic saluus erit.

¶ Expositio undecimi capituli regule.

Recipio firmiter fratribus &c. In isto caplo
p xi. Motus restringit: luxus repellit freno ꝓhi-
bitionis. btūs Frāciscus in partibus superiori-
bus & capitulis de pertinentibus ad uotum pauperta
tis & obediētie plura determiauit & posuit: hic ad ser
uandā castitatē mentis & corporis frēs inducit: eis tria
precipiendo. ¶ Primū est uitationis muliebris consor
tii dicens. Precipio nō uni sed generaliter oibus fratri
bus: quia uniuersis fratribus. ne habeant suspecta con
sortia uel consilia mulierum. Sed queritur quid est hic
suspectum consortium. Respondēt quatuor magistri:
φ suspectum consortium non dicitur ex una sola cau-
sa: sed pluribus: ut uidelicet ex genere actus ex circū-
stantiis loci: temporis: frequentie persone: & huiusmo
di. & si iterdicitur sibi a prelato: & reiterat de facto se
reddit suspectum. de colloquiis mulieruʒ q̄ esset displi
cibile btō Francisco habetur fructu & conformitate
duodecima. & q̄ sit periculosa: habetur ibidem capitu
lo. xii. ¶ Secundum est retractionis fratrum ab acces-
su cuiuslibet monasterii dicens. Ne ingrediātur mona
steria &c. Et si querat an intelligat generaliter de om
nibus: Respondet papa Nicolaus in declaratione φ
sic. & dicit φ nomine monasterii intelligit claustrū do
mus & officine interiores: ꝑ eo φ ad alia loca: ubi ho
mines seculares conueniunt possunt fratres habita li
centia a suis superioribus accedere causa predicatio-
nis: uel elemosine petende: exceptis monasteriis san-
cte clare: ad q̄ nulli dat licentia accedendi sine aposto
lice sedis licentia speciali. ¶ Tertium est declinatiōis
compaternitatis & scandali dicens. Ne fiant compa-
tres. Iura interdicūt monachis: & btūs Franciscus fra
tribus: & cōtrahit compaternitas in sacramēto bapti-
smi & cōfirmationis. secūda potest semp uitari: & pri-
ma etiaʒ nisi adsit necessitas: ut si puer esset in mortis
articulo: & nullus esset qui posset eum baptizare. Et
btūs Frāciscus nō intendit ubi subest necessitas: sʒ so-
lum ubi nulla habet necessitas. Et quare btūs Franci-
scus ꝑcipit uitari a fratribus ꝑfata subdit. Ne hac oc-
casione iter fratres &c. quia quilʒ uellet esse: ul de fra
tribus scandalum oriatur ex talium mulierū familia-
ritatibus & conuersationibus: quia talia utplurimum
sunt castitatis dispendium & ruina.

¶ Expositio duodecimi capituli regule.

Vicūqʒ fratrū diuina inspiratione &c. In hoc
q xii. caplo & ultimo regule xp̄s iprimit. Mun-
do transmittit frater sancte ꝓfessionis. In quo
btūs Frāciscus duo facit. ¶ Primo ostēdit quis est ido
neus ad xp̄m infidelibus ꝑdicandum dicens (ꝑsuppo
nendo fratres uelle ire inter saracenos & alios infide-
les) petant licentiam &c. Et sequit φ ministri licentiā
nō tribuāt: nisi uiderint idoneos ad mittendum. Que
idoneitas attendenda est in litteratura & ꝑsone san-

ctitate: religiositate: & uita: ac fidei zelo & feruore: mūdi abdicatiōe: & sui perfecta abnegatione: & sic de aliis. ¶ Secūdo mādat a domino papa p ministros cardinalem petendū ad ordinē nostrū ꝓtegendū: cum dicit. Ad hec iniūgo ministris &c. Qui ꝓtector determinatione domini Gregorii. xi. de ordine nō habet se impedire: nisi in tribus casibus in regula expressis. uꝫ. primo si cōmunitas ordinis pedibus sancte ecclesie uera obedientia nō esset subiecta. secūdo si nō esset stabilis in fide catholica. tertio si regulam fundatā in euāgelio xpi a nobis ꝓmissam non seruarent: tunc potest se de ordine intromittere: aliter non: imo quicunqꝫ uteretur grā aliqua a ꝓtectore ei concessa: dominus papa ipse priuat eum grā pdicta: & actibus legitimis: ut patet i eius bulla ordini data & concessa. Ex dictis patet quō regula fratrū minorū p sūmos pōtifices ē declarata.

¶ Explicit declaratio regule.

Sexto regula fratrū minoꝝ est p multos cōmēdata: & eius excellētia referata. ¶ Et primo p apostolū Paulū gal. vi. dicentē. Quicūqꝫ hanc regulaꝫ sequuti fuerint: pax sup illos & misericordia. Et ꝙ hoc de regula beati Frācisci intelligat: pꝫ ex sui bullatiōe: de cetero nemo mihi molest? sit &c. Stigmata fuerunt bulla huius regule. Insup quia regula Francisci est aploꝝ & xpi ut dicit papa Nicolaus: ut diceī: patet ꝓpositū nostrū. ¶ Secūdo p papā Honoriū: qui de hac loquēs regula: testibus fratribus Leone & Bonizo: qui affuerunt cum beato Francisco confirmationi ipsius regule dicit. btūs ille qui grā dei roboratus: hanc regulaꝫ deuote & fideliter seruabit: qm oīa q in ea scripta sūt sancta & catholica sūt: ac pfecta. ¶ Tertio p papā Nicolaū tertiū qui in declaratione regule: & ponit de uerboꝝ significatiōe. Exiit. lib. vi. de regula ipa loquēs sic ait. Hec est minoꝝ fratrū mitis & docilis in pauptate ac humilitate p almū xpi confessorē btūm Frācisū radicata religio: que ex illo uero semie germinās: germen illud p regulā sparsit in filios: quos sibi & deo p suū ministeriū in obseruantia euāgelii generauit. Isti sunt filii qui docente Iacobo uerbū eternū dei filium insitum humane nature i horto uteri uirginalis: potens saluare aīas nrās in mansuetudine suscеperunt. Hi sunt illius sancte regule professores: que euangelico fundaī eloquio: uite xpi roboraī exēplo: fundatoꝝ militantis ecclesie aploꝝ sermonibus actibusqꝫ firmaī. Hec est apud deum & patrem mūda & imaculata religio: que descendens a patre luminū per eius filium exēplariter & uerbaliter apostolis tradita: & demū per spiritū sanctū. b. Francisco & eum sequentibus inspirata: totius in se quasi ꝯtinet testimoniū trinitatis. Hec est cui attestāte Paulo nemo de cetero debet esse molestus: quā xps passionis sue stigmatib? cōfirmauit: uolens institutorē ipsius: passionis sue signis notabiliter insigniri. Hec papa Nicolaus. ¶ Quarto p papam Clemētem qntum: qui in declaratione sua q incipit. Exiui de paradiso. & habeī in clemētinis: ibi ad ꝓpositum sic loquitur dicens. Exiui de paradiso di xi irrigabo hortum plantationū. Hic hortus siquidem est fratrum minoꝝ sancta religio: que muris regularis obseruantie firmiter undique circunclusa intra se sola contenta deo: adornatur abūde nouellis plantationibus filioꝝ. Ad hunc ueniens dilectus dei filius mortificantis penitentie mirram metit cuꝫ aromatibus: que suauitatis miꝝ uniuersis odoreꝫ attrahentis scimonie circūfundūt. Hec est illa celestis uite forma: quā descripsit iste confessor xpi eximius sanctus Frāciscus & obseruandaꝫ a filiis uerbo docuit pariter & exemplo. Et de ꝓfessoribus huius regule sancte & ordinis minoꝝ loquētes excellenter summi pontifices ipsam regulaꝫ magnifice extollunt. ¶ Vnde papa Gregorius in declaratione regule. in principio sic inquit. Quo elongati a seculo ut columbe: pēnis assumptis in secessuꝫ cōtemplationis supra uosipsos altius euolastis: & conspectius peccatoꝝ iacula puidetis: & plura p que conspicitis salutis impediri ꝓfectum: cordis uři oculus pscrutatur. unde que tecta sunt aliis: quandoqꝫ in conscientiis uřis spūs manifestat. & in quodam priuilegio dicit Gloriantibus uobis de sola domini iesu xpi cruce. & in alio priuilegio dicit. In terris iurgianoꝝ: saracēoꝝ: & alioꝝ infidelium uobis sit animarum solicitudo cōmissa: ut illius opante clemētia: qui de lapidibus potest abrae filios suscitare: uerbo & exemplo ꝓficiatis ibidem: & existentes in inuio reducatis ad uiam. Nos considerantes ꝙ ministerium uestꝝ diligēter implētes uos operarios inconfusibiles exhibetis: uitiorum segetes extirpare de agro domini satagendo: ꝓpter quod de uobis fiduciā indubitabiliter obtinemus: ut qui spiritu uiuitis: spū & ambuletis: & de doctrina uřa & cōuersatione flores & fructus ꝓueniant gratiores. & in alio priuilegio dicit. Vos quos iuxta ꝓfesse religionis officium zelus comedit aīaruꝫ: ut in quadriga quarta quam uariis charismatū donis & fidei fortitudine trahitis ubiqꝫ discurrere: ac uexillum regis glorie procul leuare gestitis. & in alio priuilegio dicit. Non decet uos negociis implicari secularibus: que cū mundo fugientes facti uoluntarii paupes: nudi sequimini nudū xpm. & in alio priuilegio dicit. Ad hec semp uře conuersationis humilitas inuigilat: ut deo placeat: per deuote laudis obsequium & fructum ꝓferat animarum. & in alio priuilegio dicit. Dilecti filii fratres minores abnegantes salubriter semetipsos: elegerunt in altissima pauptate xpo pauperi ad placitum famulari: tanq̄ nihil habentes & omnia possidentes: & plura alia dicit. ¶ Dominus Innocentius quartus de pfatis loquens sic inquit in quodam priuilegio. Celestis amor pñie mētes uřas sic allexisse ꝓspicit: ut quasi hoc solum delectationeꝫ uobis tribuat: ꝙ diuine uoluntati sit placitū & salutem ꝓferat animaꝝ. & in alio priuilegio ostendit. Qui deū tota mente diligitis: & animaꝝ ꝓfectib? continua diligentia desudatis: debetis ad condignum gratiam experiri. & in alio priuilegio dicit. Vestra semper in amore uirtutum delectatur humilitas: & cuncta sollicite refugit: que sibi aliquid fame uel conscientie illatura dispendiuꝫ pertimescit. & in alio priuilegio dicit. Quoniā superabundauit iniquitas & refrigiut charitas plurimoꝝ ecclesie: ordinē fratrū minoꝝ domin? suscitauit: qui non que sua sunt: sed que Iesu xpi que

testimōia summorū pōtificū ꝺ regula. b. Frācisci.

cardinales

Ego diu habitaui in ista muliere cum magna pace: & qete: & non phibebo ei quin uadat ad missas & pdicationes & indulgetias: nec in morte molestabo eam: qa quiete fui cu ipsa. Quarta aut die ante morte suaz separabor ab ea. Et nuq alicui de mundo manifestaui q essem in ea nisi tibi. Fuerat aut demon ipse in ea ultra. xviii. annos & de hoc nullus unqua perpenderat. Dixit ergo illi sacerdos. Quare tatummodo mihi hoc dixisti? Respondit demon. Quia crucifixus cogit me manifestare tibi me ipsum: ut ueritatem illius indulgetie tibi singulariter reuelarem. Post hoc interrogauit eum sacerdos. Quare beatus Franciscus non accepit priuilegiuz de ipsa indulgentia. Tunc mulier illa operatione demonis percussit sibi latus cum manu & palmas ambarum manuuz uidelicet palma unius manus cum digitis alterius manus & pedes. Quod admiras sacerdos ait. Quid significat hoc qd fecisti? Respondit demon. Duo tantumodo sunt signati in celo. s. crucifixus & ille stomacosus. Sciens igit crucifixus se daturu illi stomacoso bulla suaru stigmatu: no pmisit euz aliud priuilegiu accipe uel bulla manu homis fabricatam. Na sicut rex no comittit alicui anuli sui bulla nisi pter aliqd magnu factu: ita crucifixus quado uoluit saluare pplm suu: noluit illi stomacoso concedere aliud signu nisi bulla suoru stigmatu. Ite dixit ei sacerdos. Quid erit de illis q detrahut illi indulgetie & retrahut multos ne uadat illuc: sicut sunt multi religiosi. Respondit demon. Melius eet eis ut traheret unum asinu p cauda de Rauena usqz Mediolanu: qa de his facimus maius macellu in inferno: q fiat de pecudib⁹ & aliis aialibus Bononie. Post hec aut sacerdos & socii uoluerut ire ad requiescedu. Et appropinquates camere ubi iacere debebat cu magna abhominatioe dixerut. Setimus magnum fetore. Respondit statim demon cu magno risu. non miremini de hoc: q in illa camera cogregati sunt oes demones de ista strata in forma diuersoru aialiu si forte possent aliqd lucrari cum his qui uenerut ad indulgetia. Illi uero uiri cu feruore fidei facietes sup illos demones signum crucifixi ipos cum fetore penitus effugarut. Eode anno in mese augusti sequeti ide sacerdos reuertes de dicta indulgentia scte Marie de Angelis trasiuit p Rauena: cumqz illuc peruenisset: quida ex sociis suis duxit eum cum ceteris sociis suis ad locu fratru predicatoru. Intrantes aut claustrum inuenerunt ibi sexdecim fratres predicatores simul inuice colloquetes. Qui cum interrogassent eos unde uenirent? Responderut dicetes. Nos iuimus Assisiu pro indulgentia & nuc reuertimur Bononiaz. dixerunt aliqui ex illis fratrib⁹ pdicatoribus. Sanctus Fraciscus fuit bonus homo: sz nescimus si uera est indulgetia que dicit esse ibi. Respondit statim unus illorum fratru predicatoru. Si ueru est q deus est in celo & indulgentia illa uera est: si aut no est uera de⁹ no est in celo. tunc alii predicatores turbati contra ipsum dicebat. Quomodo tu loqueris fatue: & qliter tu scis hoc? Respondit ille pdicator. Scio hoc per testimoia certa: qa uidi qui fuerunt presentes quado beatus. F. obtinuit eam a Papa Honorio. uides predictus sacerdos q illi predicatores erat ita turbati contra illu qui dixerat ueritate: dixit eis. Quare ita turbamini & detrahitis huic uere indulgentie cuz fratres minores no se intromittant de illa qua dicitis esse Perusii? Respodit ille frater predicator. omnes fratres pdicatores de Perusio mentiuntur per gulam qui dicunt illam indulgentiaz esse ibi: quia ita est ibi indulgentia: sicut p stratas ciuitatis: sed ipsi introduxerunt hoc solum modo causa destruendi illam que uere est in sancta Maria de Angelis. Tunc uehemetius scandalizati illi pdicatores surrexerut omnes turbato animo: & recedebant cominantes illi fratri predicto & dicetes. In malum tuum protulisti uerba hec. Quod audiens prefatus sacerdos uocauit eos dicens. uenite & audite unu ualde notabile uerbum q habui hoc anno de ista indulgentia. Reuersis igitur omnibus q recedebant narrauit ibidem sacerdos totam seriem supradictaz: sicut habuerat ab illo demone eodez anno. Illi autem predicatores super his que dicebantur a sacerdote fuerut uehementer territi & compuncti: dixeruntqz sacerdoti & socii eius. Nos uere credimus nunc ibi esse plena indulgentia pene & culpe: sicut uos dicitis & hoc eet pdicadu p tota ciuitate. tuc sacerdos. Quare ergo ipeditis salutem tot animarum retrahedo eos a tanto bono & huic indulgetie detrahendo? Responderunt illi pdicatores dicetes. Nos pmittimus deo & tibi q nuq detrahemus nec retrahem⁹ aliquem ab ipsa idulgetia: sz quotquot poterimus inducere ad eundum illuc fideliter inducemus. Prefatis igitur apparet ueracitas hui⁹ sacre indulgentie. Patet etiaz quomodo stigmata beati Francisci sunt bulla huius sacre indulgentie: & sicut per ecclesiam stigmata infuisse beato Francisco est autenticum. ut dicetur coformitate tertia tertii libri. parte secunda: sic istam indulgentiam esse ueram est tenendum. Multa in supradictis apparent de statu & excellentia ordinis beati Francisci de quibus dicetur tertio libro conformitate septima. ¶ Autenticatur etiaz hec indulgetia alio demonis testimonio: uidelicet ex eius expulsione hac sacra indulgentia ab homine. In Marchia Anconitana in prorico mulier quedam fratris nostri soror a demonibus uexabatur: & instrumenta legebat ut notarius. Qui diabolus interrogatus cur sic ea uexaret. Respondit q propter nullum peccatuz mortale q esset in ea: sed ut clareret quata esset indulgetia sancte Marie de Angelis: ubi meritis beate Virginis & indulgentia mulier illuc ducta esset liberanda & nullo alio sanctorum remedio. Adiecit hoc. cogimur dicere ad laudem uirginis utilitate populi & confusionem nostram: quia illa indulgetia perdimus omnes animas quas lucrati sumus & possedimus magno tepore: & addidit. heu heu: quia uerecundiam nostra & periculum cogimur propalare. ex quo illi qui deberent eam predicare non pdicant. Et adiecit: q ipsa indulgentia maior erat q dicatur & q credatur. Ipsa mulier sic uexata ducta Assisiu introducta uioleter in scaz Maria de Angelis ipso die indulgetie a diabolo usqz ad testudine eleuata & in pauimeto piecta ut crederet mortua sana surrexit & libera. ¶ Nono confirmat

R

ueritas istius indulgentie testimonio defunctoruȝ qui se hac purgatos declararūt:& pergere ac prexisse statim ad regna celorum.Nam ꝙ perceptione huius indulgentie in proximo moriētes ad regna celorum penas purgatorii non tangētes sunt ingressi dictū est supra de muliere de Sclauonia: que sociis in mari apparuit & se regna celorū uirtute indulgentie Assisii percepte statiȝ declarauit itrasse.Soror Adriana de Cortona cum percepta indulgentia ex labore tamē habito decessisset: Sancta Margarita de Cortona dum ꝓ dicta sorore lachrimando oraret: uocē audiuit dicentem.Non plores ulterius animā sororis Adriane:quia merito idulgētie quā suscepit i scā Maria de Angelis: Absqȝ omni pena purgatorii beatorum gloriā est adepta.Consanguineus cuiusdā fratris nostri ordis de sancto Seuerino cōfessus ad indulgētiā scē Marie de Angelis prexit:qua pcepta non multo post ifirmatus decessit. Sed cum frater solicitus esset de ipsius statu scire:quadā nocte sibi prefatus eidē in luce quadā apparuit:que dictū frēm quocūqȝ pgeret antecedebat. Et statim locutus est di.se eē aiam talis consanguinei sui: & ꝓpter indulgētiā scē Marie de Angelis ad quā iui: remissa sunt mihi omnia peccata mea: sȝ statim ad celuȝ nō euolaui:sȝ teneor in quibusdā penis ꝓpter quādam restitutionē quā facere tenebar & nō feci. Dicas mr̄i mee ꝙ restituat:& ego statim ad celum ibo.Et signum erit ꝙ amplius tibi nō apparebo. Quedā domina de Alamania ab alia dn̄a ad indulgentiā scē Marie de Portiuncula trāsmissa:cuȝ rediret & iā esset prope ad unā dietā: infirmata ad mortem omnibus sacramētis perceptis ridere cepit:& sic decessit.Cum uero illa dn̄a que ipsaȝ miserat eius mortē audiret a socia sua: & de ipsa cogitās se sopori dedisset: apparuit ei dicta defuncta di. Sibi se esse optime. Interrogata cur riserit.Respodet ꝙ risit:ꝙ plusquā uiginti Angeli ad exitū suum uenerāt:q ipsaȝ ad gaudia paradisi ꝑduxerunt. Et his dictis disparuit. Duo nostri ordis frēs de Alamania ueniebāt ad indulgētiā:sed unus ex labore pussii infirmatus est: & cū audisset a medico se morituꝝ: deferri se fecit usqȝ Assisium: & indulgētia pcepta eadē die defunctus est.Cūqȝ socius ei⁹ oraret post completoriū cū lachrimis corā altari bti Frācisci & de socio mortuo quo carebat cōquereꝛ:statim Fr̄ defunct⁹ apparuit:indicās se eē in penis.Et cum socius diceret. ergo nō est uera indulgētia.R n̄det ille:imo est uerissima:sed hoc est ꝓpter quādā restitutionem quā facere debebā:priusquā esseȝ frater & nō feci. Acquire ergo dictā summā pecunie:& facias errogari:& ego alr̄ tibi postea apparebo.Qui frater statim currens ad custodē Assisii &si hora esset indebita omnia narrauit: & custos dictā summā pecunie fecit paupibus dari:& sequēti die hora qua primo orauerat duȝ oraret uidit tres uiros nimio splendore micātes uenīetes uersus altare beati Frācisci . Quibus appropinquātibus cernit unum esse btm̄.F.secundū.b.Antonium.tertium uero suum sociū ,Qui gr̄as referens socio suo de restitutione dixit ei se ire ad gloriā: & ꝙ post triginta dies ipm̄ sequeretur.Quod & factum est.nā cuȝ rediret uersus suam prouinciam die.xxx.in Mediolano spiritum deo reddidit. ¶ Non solum hec indulgētia profuit pergentibus & ipsam suscipientibus.ut dictum est:sed etiam defunctis pro quibus est suscepta profuit ad ipsorum liberationem plenariam a cunctis penis purgatorii ut scribenda declarāt. Et nonnulli post mortē eam a suis petiere adiri:qua percepta penis euasis paradisuȝ introierūt. In ciuitate Venetiarū quidā clericus fuit qui summo desiderio flagrabat istā indulgentiaȝ adire: & cum iaȝ necessaria parasset ad iter grauiter infirmat⁹ deuenit ad mortē:& aduocans quendā de amicis suis de quo p̄ ceteris ampli⁹ confidebat dixit ei.Quia pre omnibus amicis & consanguineis semper plus te dilexi.ideo te rogo ꝙ si deus me ab hac uita subtraxerit uel uocare decreuerit:ut accepta expensa & omnibus que pro uia mihi parauerā:uadas Assisiū ad indulgentiā statim uotum meum adimplēdo:quia ad ipsam indulgentiā summe pergere optabam.At ille ait.Esto securus:ꝙ omnia que mihi dixeris faciaȝ:& amplius q̄ hortaris:non multo post clericus ipse infirmus moriꝛ: & ille amicus immemor promissi aliis ad uiā se disponētibus segnius ac remissius cepit agere: aput se hoc mēte pertractās:si nō modo alio anno saltem possum ꝑficere ꝙ promissi.Cumqȝ ita cogitaret: & ecce q defunctus fuerat sibi in sonis astitit di. Quomodo tu q mihi semper fuisti fidelis : tam infidelr̄ contra me agere disponis? Surge uelociter & cum societate iam parata ꝑfice uota mea. Qui statiȝ expgefactus & quodāmodo timore coreptus cum aliis uiam agressus est: & cum iam trāsacta indulgētia reuerteretur:iterum q defunctus fuerat multa luce circūfusus sibi apparuit: dixitqȝ ei dn̄us tibi bn̄dicat pro labore quod pro me cepisti.Nā eadem hora qua ecclesiā intrasti omneȝ penam purgatorii liber euasi & uado ad gloriā paradisi. Frater carnalis cuiusdā mulieris ad mortē deueniens planctum uoce lamētabili & dolorosa cepit agere di. heu mihi: ꝙ nō sum securus sȝ turbatus morior ac desolatus: ꝙ indulgētiā scē Marie de Angelis quā deuote uisitare decreuerā non percepi.Cui soror. Fr̄ noli timere:qa si supuixeris uotum tuuȝ poteris adimplere. si aūt dn̄us ab hac uita te uocare uoluerit: ego in ꝑsona ꝓpria & in ꝓximo festo ipsius indulgētie pro te uotum tuum adimplebo. Et his dictis qui infirmus erat nō multo post tēpore defunctus est:& soror ei⁹ ut ꝓmiserat ad indulgētiā accessit.Et ecce eadē nocte qua ecclesiā intrauit qui defunctus erat eidē apparuit di. Soror mea charissima tibi reddo gratiaruȝ uberrimas actiones:qa illa hora q̄ ecclesiā dei genitricis ꝓ me ut ꝓmiseras intrasti:de grauissimis penis purgatorii extractus:celi ianuā suȝ ingressus.Et bti illi q̄bus a deo datū est istā sacrā indulgentiā deuota mēte uisitare: & his dictis amplius non cōparuit. In regno Sicilie q̄dā mulier filio orbata ꝓ eius aīa ad scm̄ Iacobū accedere ꝓponēs:filius mortuus ei apparēs dixit. Dicta uia quā ꝓ me facere disponis in magnū refrigeriuȝ & consolationē mihi est:sed si me uis ab omni pena liberare uiā tuā ꝑfice:& cū reuersa fueris ad indulgētiā scē Marie de Angelis uenire ne differas: & mox ab omni pēa

liberabor. Et ut uerȝ me dixisse comprobes: respice & uide que tibi demonstrabo. Et ostẽdit sibi locũ sancte Marie de Angelis foris & intus & oẽm circa regionẽ: uidelȝ ciuitateȝ Assisii & uallẽ Spoletanã: & post hoc ab oculis eius disparuit. Illa uero euigilãs & dicta loca memoriter tenens: ad sanctũ Iacobum cum perrexisset deinde uenit Assisiũ. Et iuxta mõstrata in uisione a filio tam de loco sancte Marie q̃ de Assisii ciuitate & ualle Spoletana fuit ualde amens pre stupore effecta: & omnia narrãs Guardião sancte Marie & fratribus: tandẽ indulgẽtia ipsa die percepta pro filio: dũ ad propria remearet iterum apparuit ei filius letus & gaudẽs: dixitq3 ei mater mea charissima certissime te scire uolo: ꝙ illa hora & tẽpore quãdo ecclesiã sancte Marie de Angelis ꝓ mea liberatione ingressa es: stati ab omnibus Penis liberatus paradisuȝ introiui. Nobilis domina de Frãcia cum pro anima filii sui ad indulgentiaȝ sancte Marie de Angelis fuisset: ad domũ reuersa filiũ reperit iuxta puteum stantem: & dixit matri ꝙ usq3 tũc fuerat in magnis penis: sed hora qua ꝓ me ecclesiã sancte Marie itrasti: ab omni pena tract᷒ celi gaudia iam percepi. Sed ad huius sacre indulgentie cõfirmationẽ & tuam consolationẽ permissus sum hec tibi intimare: sed statiȝ his dictis amplius nõ comparuit. Quibus perceptis p̃fata mulier anno sequenti ad indulgentiã hanc iterato peruenit. Circa annos domini. M.cccviii. Quidã nobilis miles de regno Apulie Franciscus nomine: cuȝ quodã rustico mercenario suo & societate alia ad indulgẽtiã sancte Marie de Angelis uenit. Et percepta indulgentia cum rediret cum dicto rustico & societate alia cõtigit dictũ rusticum grauem infirmitatẽ & pedum doloreȝ incurrere: qui tanq̃ dolens & penitens de bono ꝙ fecerat, dixit militi. utinam istam uiã tecum nũq̃ fecissem: quia iam expendi pecuniam & uobis omnibus recedentibus: ego solus hic pauper & ifirmus in exilio remãebo. Cui miles respondit. nõ te peniteat bonuȝ ꝙ fecisti. Sed si omnino te penitet da mihi indulgentiã in eo statu: sicut in Assisio recepisti pro anima fratris mei nuper defuncti: & ego coram tota societate tradã tibi pecuniã quaȝ per uiã expendisti: & insuper te expensis meis equo meo impositũ usq3 ad domum meã te reducã. Qui gaudẽs stultum pactũ cũ milite fecit: & statim inito pacto & pecunia accepta totã indulgentiã: sicut eam Assisii acceperat pro anima fratris sui defuncti militi dedit. Sȝ cum die altero miles cũ rustico equo uecto & alia societate sua iter perageret: frater militis qui defunctus fuerat clara luce uisibiliter eodẽ die sibi apparuit: atq3 dixit. Frater charissime hodie tibi immensas g̃as refero: quia indulgẽtia sancta quam deuotus pro me comparasti animã meaȝ ab omni pena purgatorii liberauit. Et ut uerum me dicere comprobes scias talia & talia esse facta in domo tua: que dum uera repereris scias me per sanctã indulgẽtiã que est matris Christi: a pena liberũ & ad deuȝ transire. Et his dictis ampli᷒ nõ est uisus. Miles aũt ad domũ peruenies cuncta reperit que & ꝓut frater eius defunctus predixerat: & miles recitãdo que acciderãt omnibus ↄclusit dicens.

Nunc scio firmiter & indubitanter indulgentiã sancte Marie de Angelis esse uerã & corã deo approbatam: per quã frater meus dilectus celi gaudia letus introiuit. ¶ Decimo astruit ueritas huius indulgentie diuina reuelatione & inductione ut persone irent ad istaȝ indulgentiã. Quod deus ẽt facit ↄtinue inspirãdo hominibus & mulieribus ut ad ipsam pergãt. Quorũ accessus inspirationi diuine debȝ attribui: cũ nec priuilegio ad hoc inducant nec frũm p̃dicatione: qa raro uel nunq̃ frẽs ipsam ut deberent predicãt: & tamẽ diuina g̃ra & isspiratione faciẽte ubi impedimẽta absint guerraruȝ in maxima multitudine fideles illuc uadunt. Attamẽ q̃busdã modo singulari deus inspirauit ut irent: & ueritatẽ huius idulgentie sua reuelatione declarare ↄplacuit. Anno dñi. M.cclxxxvi. Quedã mulier nobilis de Bononia uenit Assisiũ ad idulgentiã scẽ Marie de Angelis: & cũ per aliquos dies ibidẽ p̃maneret ipsa hora qua indulgentia incipiebat & cõmuniter ꝑ totaȝ noctẽ ꝓpter nimiã pressurã quã formidabat decreuit nõ ire illuc. s. ad ecclesiã sancte Marie: sed in hospitio remanere cum ancilla: sed de mane ualde diluculo cessante pressura ꝓ obtinenda indulgentia & uisitare ecclesiã cum sua ancilla illuc adire. Et cuȝ sic ut decreuerat fecisset: ac se sopori dedisset: uoceȝ audiuit clamãtem & diceteȝ sibi surge: tẽpus est ut ad indulgentiã descendas. Et statiȝ expergefacta presumẽs ꝙ sua ancilla eã uocasset dixit. Quid clamas? nũq̃d tempus est ut ad indulgentiã descẽdamus: sed ancilla r̃ndit di. domina ego nõ uocaui uos nec dũ tẽpus est eũdi. Cumq3 iterũ q̃esceret. scdo eandẽ uocem audiuit di. Surge & uade ad indulgentiã: q: tẽpus est. Et ipsa ut ꝑus ancillã uocauit. Que r̃ndit se illaȝ nõ uocasse: nec adhuc tẽpus esse. Tandẽ ad tertiã uocis excitationẽ nõ iterrogãdo de aliquo ancillã: dixit ei. Surge eamus tẽpus est. Cumq3 ipsa cũ ancilla sua uersus scãm Mariaȝ de Angelis descẽderet: ꝑ totã uiã nullum penitus inuenerunt. Sed in introitu & hostio ecclesie scẽ Marie quẽdam frẽm inuenit senẽ in habitu candido uultu honorabilem stare. Qui statim sibi dixit si uis hanc gratiaȝ & indulgentiam accipere: spolia & denuda te his uestibus tuis: quia aliter intrare non poteris. Quo audito stupefacta stabat: & tanq̃ adulta & maritata denudare se uerecondabatur. Ipse uero frater cum cingulum quo cincta erat apprehenderet mox uidit se non mente sed corpore immutatam tãq̃ si esset puella paruula duorũ annorũ. Et ipsa incepit admirari & dicere intra se. Quid de te est factũ? Quomodo sic tenera & parua tantã uiaȝ facere poteris & Bononiam reuerti? Et sic se tãq̃ paruulam sine uerecundia denudauit. Et ipse frater eam in ecclesiã ipsam sancte Marie de Angelis introduxit: in cuius parte dextra fontem baptismatis sibi ostẽdit di. Sic in fonte baptismatis ab omni pctõ lota fuisti & mundata: sic & in ista ecclesia nunc ab oĩ sorde pcti lota & mundata ↄsistis. Et his dictis frater ipse loquẽs secum statiȝ ab oculis suis sublatus est. Cumq3 conspiceret se uestibus suis consuetis indutaȝ in medio ecclesie scẽ Marie de Angelis p̃furis populoꝝ undiq3 circundatã se inuẽit: ubi ꝑus nullus ui

debat adesse. Quod cernēs deo & btē Marie:cui⁹ indulgentia esse cognoscit & btō.F. cuius meritis de remissione oiu3 pctōrū certificata fuit grās egit. Quidā Bighin⁹ de Senis in psona alteri⁹ Assisiū pgēs:nocte indulgentie.f.Frācisco Bartholi de Assisio lectori scē Marie letissime narrauit di. Quidā peregrinus seu psona fuit que nō credebat hic esse tantā indulgētiā.u3.a cunctis peccatis. Et dū staret in quodā suo horticello apparuit ei btūs.F.cū papa & cardinalib⁹: & btūs.F. faciebat signa per que inuebat ꝙ bullam noluerat de ista indulgētia. Et unus de cardinalibus surrexit & legit in quodam libro hec uerba. Indulgētia a pena & a culpa:sicut data est in terra:ita ɔfirmata est in celo: & uertit chartā aliā dicti libri:& legit idē:& sic cōmuniter uertendo chartas ide3 semp legebat. Vnde de ista indulgētia certificatus fuit & magnā habuit cōsolationem. Fr̄ illumiatus eps Assisii habuit a quodā peregrino cui a multis erat dissuasu3: ne ad indulgentiā prefatā portiūcule iret:qa nō erat uera. Sed apparente sibi quodā in specie diaconi albis induto ter dicēte sibi ꝙ uera est idulgētia & ꝙ secure iret:ad ipsam indulgētiā uenit & oibus enarrauit. ¶ Vndecimo approbatur hec idulgētia & uera docet miraculoꝝ opatione. Cū multi de Marchia Ancōitana irēt ad idulgētiā scē Marie de Angelis:& quoddā castrū ptrāsirēt: iuuenes barratarii illius Castri ab eis quo pgerēt requisierunt: Et cum causam eis itineris indicassent: unus illorum eos deridendo & manu a se protēsa dixit tā uera & tā certa est indulgētia ad quā pergitis:sicuti uerū est & certum me istam hirundinē que garriendo circūuolat habere manu mea. uix enim uerba finierat & ecce hyrūdo que prius in alto desuper uolabat:cunctis qui aderant aspicientibus:eius in manu resedit. Quo facto illi derisores confusione ac rubore suffusi stabant stupe facti:illi uero peregrini a dn̄o confortati: iter suu3 ad indulgentiā cum gaudio perfecerūt. Quidā Girardus nomine de Fighino:cum quādā diligeret mulierē nec ipsam habere posset:cōtigit dictā mulierē ad indulgētiam Assisiū adire: quod cernēs dictus gerardus usq3 Assisiū est eā insecutus: sperās eā habere in igressu ecclesie scē Marie de Angelis. Et cu3 dicta mulier ad ecclesiā iret:ipse Gerardus nec eā uidit:nec ecclesiā ullo mō prohibitus itrare potuit. Quo miraculo uiso confessus diligēter peccata sua:postea itrauit. Et nō multo post seculū relinquēs fact⁹ est frater minor. ¶ Duodecimo ueritas huius indulgētie cōprobat nō credentium punitione. Mulier queda3 de Padua confessa est semel ꝓprio sacerdoti omnia peccata sua. Et cu3 sacerdos interrogaret quare sic generalr̄ est confessa? Respondit ꝙ uolebat ire ad indulgētiā scē Marie de Assisio:& sacerdos miser. Si est uera idulgētia quam dicis ego uiu⁹ nō exeā de loco isto. Stati miser an̄ dictā dominā:& loquelā amisit & expirauit. Prefatis igit̄ duodecim uelut.xii.testimoniis p3 istā indulgentiā sancte Marie esse uerissimā. Que omnia sunt affirmata & coram testibus dicta & ꝓbata. Que quilibet fidelis du3 attente ponderat & diligēter: indubie credat hāc indulgentiā & ore uerā censendam:& ut habeatur toto opere prosequenda3. Multa aūt alia a deo sunt fcā ad istius indulgentie confirmationē:s3 pro opere presenti predicta sufficiāt. Ex dictis ergo apparet de solicitudine amore zelo beati.F.ac desiderio qd' habuit ad saluādas animas: & quomodo Christi exēplo animatus est ad procurādū oium salutē:qd' super omnia ostēdit huius sacre indulgētie impetratio:que annuatim & in perpetuū fidelibus pie accedētibus datur: nec ab ipsa separat̄ sexus nec conditio aut etas. Quia omnibus tā mulieribus q̄ uiris:tam pauperibus q̄ diuitibus:tā Italicis q̄ Vltramontanis:tā Barbaris q̄ Latinis: & sic de nationibus hominū:tam senibus q̄ pueris & iuuenib⁹ dummō sint cōtriti & confessi ut decet:ipa indulgētia a deo datur. Quare & si multis aliis beneficiis diuina grā faciente humano generi a btō.F.exhibitis: Homines btō.F.q̄plurimū obligent̄ utpote Quia pmo mūdu3 renouauit ut patuit libro pmo conformitate.viii. parte.ii.& cōformitate.x.&.xi. Secūdo uitā perfectā demonstrauit ut patuit.libro pmo.ɔformitate.ix. parte.ii.de regula euāgelica quā seruauit. Tertio mundū ɔtēnendū declarauit.libro pmo.ɔformitate.vi.& dicetur huius scdi ɔformitate.iiii.parte.ii. Quarto Iesum prosequendū idicauit cuius amore omnia despexit. ac post eius uestigia toto nisu pfectionis icessit.ut oñdetur in hoc scdo libro: & in tertio libro cōformitate secūda. parte scda. Quito mūdū sua uita & doctria illumiauit. De quo dicet̄ ɔformitate.xiii.huius scdi libri. Sexto demones subiecit & suppeditauit. de quo dcm̄ est libro pmo ɔformitate.vii.& dicet̄ in isto scdo ɔformitate.ix. Septimo generis hūani exaltatio: & hoc in sui psona:tot & tāta a deo pcipiēdo & spālr̄ stigmata. De quo dicet̄ cōformitate.iii.tertii libri. Octauo p se & suos frēs signa i orbe perpetrauit: ꝓpter q̄ nō solū in una parte:s3 in oibus rōne liberatiōis a malis: & ēt exēploꝝ exhibitoꝝ ab ipsis debēt deo & btō.F.fideles grās exhibere.de qbus dcm̄ est.lib.pmo.ɔformitate.viii.& libro secundo.conformitate pma: & dicet̄.libro.iii.conformitate.ix.&.x. Nono in gloria celesti sublimauit.de q̄ dicet̄.libro.iii.ɔformitate.viii. Decimo purgatoriū euacuauit.libro.iii.ɔformitate.v. Vndecio suoꝝ deuotoꝝ psonas & anias protegit & ad gloria3 pducit.libro tertio.ɔformitate.x. Duodecio que cupit genus humanū obtinere bti.F.meritis a deo dant̄. sicē lib.iii.cōformitate.ix.&.x dicet̄. Tn̄ sup oia obligatū reddit btō.F.huius sacre idulgentie ipetratio. Tū qa nullus scōrū hoc unq̄ exhibuit generi hūano nec ꝓcurauit. Tū qa nō parte hoīs ꝓcurauit saluari: s3 totum hoiem p dimissionē totalē oiu3 pctoꝝ. Tū qa nō uni gēti etati uel ɔditiōi s3 oibus. Tū ꝙ non ꝓ uno semel & tēpore: sed una die singulis annis & perpetuo. Sic ergo tanto bn̄ficio ꝓcurato p btm̄.F.qa salutē ꝓcurauit oium oēs homies q sunt fuerūt & erunt paliis scis btō.F.obligant̄ & tenent̄:nec est aliqs pctōr tā sceleratus nisi q totalr̄ ignorat d' ista idulgētia:qui excusationem habeat si dānatur aut nō obtineat suorum ueniam peccatorum.pure confiteatur:& ad hāc pergat indulgentia3 & salutē obtinebit perfectam. Magnum quippe est ꝙ un⁹ pauperculus modicus & despectus

tot bona mundo protulerit & dederit: q̄ signum est ac ceptatiōis maxime bti.F.apud deum: & sui feruentissimi amoris & charitatis ad salutē omniu3 hominum p̄ntium & futuroꝝ. Dicta beneficia a btō.F.hominibus tradita magna indigerēt declaratiōe. Sed ad presens reserare omitto cā breuitatis: q̄ ex dictis in precedētibus & dicēdis in sequētibꝰ apparebit eorū expositio & magnitudo ipsorum. Sic ergo p3 quō debet intelligi secūda pars huiꝰ secūde ꝯformitatis istius secūdi libri.u3. Frāciscus aiat: & hoc p respectu3 ad oēs fideles & frēs suos generalr. Restat ergo uidere quo modo btūs.F. ad instar xp̄i ut pastor se habuit ad fratres: & aiatus fuit ad faciendū oīa que ad uerū ptinēt pastorē & prelatū. ¶ Vbi sciendū est q̄ btūs.F.ut bonus prelatꝰ & pastor frēs suos uelut oues a xp̄o eidē traditas p̄mo in loco tuto collocauit: q̄a in uita euangelica obseruāda fundauit.ut dcm̄ est ꝯformitate.ix. p̄mi libri. Secūdo ad pascua uberrima minauit: q̄a appetere eterna & sola & crucifixi meditari mirifica incitauit.ut dicit.iii. pars legēde &.vii. Tertio ab isidiis diaboli ꝯseruauit sicut patuit de fratre Ruffino p diabolū deprauato: que3 ad uiā ueritatis reducēdo a diabolo liberauit. Et de frē inobediēte subacto habenis diaboli: que3 suo monitu eripuit: & sic de aliis. Quarto refecit & cibauit nō solū doctrina: ut dcm̄ est in p̄mo lib.s3 & cibo corporali.ut dicet in isto. Scdo ꝯformitate.xii.ut patuit in caplo generali Assisii celebrato: ubi qnq3 milia & ultra frūm deus cibauit meritis bti.F.ut dicit.v.pars legēde. Quinto placibilē & affabilem in cōdescendēdo se exhibuit. sicut patuit cū fratre qui multa abstinētia deficiebat.ut dicit.v.pars legende. Et de alio fratre ifirmo: quē duxit ad uineā ad comedendū uuas: & ut ruborē sibi tolleret ip̄e p̄or comedit. Quibus comestis Frater ifirmus fuit ab infirmitate sanatus. Sexto separauit.s.malos a bonis. hoc patuit de frē: quē expulit ab ordine q̄ bn̄ cōedebat & nihil opari uolebat: & sic de aliis. Septimo scā suoꝝ fratrum & ouium cognouit: sicut dicet huius secūdi libri ꝯformitate.xvi.nā introitū & exitū frūm oium nouit. ut patuit in descriptiōe fris minoris: quē debere eē dicebat ad istar sociorū suorū.s.fris Bernardi Ruffini & sic de aliis. Cognouit scā fris Leonis Ruffini Bernardi Helie & sic de aliis multis. Octauo sanauit sp̄ualiter doctria & uerbis. sicut patuit in nouicio q̄ ordine3 exire uolebat: & de frē Ruffino &c. Ac corporalr. sic dcm̄ est p̄ma ꝯformitate huius libri secūdi. Nono per uiā rectā & perfectā deducēdo cōduxit: exēplar oiu3 uirtutū ipsis p̄bendo in cūctis actibus suē uite. Decimo ad se benigne euocauit: & hoc dū archana diuinorum prout uidebat saluti ipsorum utile esse reserando eis palā fecit. sicut de multis p3 in legenda. utpote de dilatatione ordis. de iclinatiōe summi pontificis: & sic de aliis que deꝰ ipsi reuelādo eis edicebat. Vndecimo ꝓ eis exorauit.ut q̄rta & decia pars legēde ostēdunt. Deum.n. orauit ꝓ tētatiōe fris Bernardi Ruffini pro frē Helia & sic de aliis.ut dicet ꝯformitate.xi. huiꝰ secundi libri. Duodecimo suā uitā ꝓ eis posuit. unde ut p̄beret se eis: exēplarē uitā austerissimā usq3 ad mortē semp duxit. ut patebit cōformitate.xiii.huius libri secūdi. Quibus apparet btm̄.F.uerū & bonū frū3 fuisse pastorē & prelatū. Insuper ipse ad instar materialis pastoris sp̄ualiter accipiendo in sua pera.i. in sua mēte gessit & pectore. Panē uite.s.xp̄m cū summa deuotione frequēter cōmunicādo.ut dicit.ix.pars legende. F.fuit pastor bonꝰ. Sal.summa discretiōe. ut auriga uirtutū omnia exercendo.ut dicit.v.pars legende. Aqua ꝓ potu ad lrām fuit usus.ut dicit.v.pars legende. Sed sp̄ualr aq̄ sapiētie fuit a deo potatus itelligētie scripturaꝝ ut.xi.pars dicit legende. Herbis uirentibus cum suis fuit usus.s. exemplis sanctorū & sp̄aliter xp̄i.ut dicit.iiii.pars legende. Et apostoloꝝ.ut dicit.ix.pars legende.quoru3 exemplo uixit.ut dicit.iii.pars legēde: & martirū triūphos emulabat.ut dic.ix.pars legende. Canes habuit quia ipse cū suis p̄dicationis offm̄ iniunctū: ut dicit q̄rta pars legende: exercuit fidelr & feruēter. Viliter ad lrām indutus fuit.ut dicit q̄rta pars legende: & septima & chorda citus. Sub tecto paupculo quoad uixit reclinauit.ut dicit.vii. pars legende & ꝯformitate q̄rta huius libri secūdi dicet. Stramenta pro lectulo habuit.s.terrā cubitando. Et sic sub celo nihil habere uoluit: nec corpori suo indulsit: imo circa mortē de nullo dixit se debere dicere culpā suā: nisi q̄a frē3 corpꝰ qd̄ se sponte sp̄ui subiecerat male tractauerat. Estu3 meridianum & diabolicu3 declinauit oium contemptu & despectione.ut dicit.vii.pars legēde. Et sic nulli uiuēti onerosus fuit. Baculū tenuit: q̄a iustissimꝰ fuit deo sibi & ꝓximo qd̄ erat debitum reddendo. Caulas habuit: q̄a fidem catholicā cum suis firmissime tenuit & docuit: fistulā deuote tenuit orōnis. eidem uendicādo q̄cq̄d in ipso erat. ut dicit.x.pars legende. Calculū habuit: q̄a xp̄o totus iunctus fuit & unitus.ut dicit pars nona legēde. Sic ergo btūs pr̄.F. nō mercenarius extitit: sed bonus & uerus pastor erga oues suas.i. fratres a deo sibi traditos & cōmissos. Quibus omnibus patet declarata scđa pars huius secūde ꝯformitatis.u3. Frāciscus aiat & generalr & sp̄alr.

¶ Fructus tertiꝰ & ꝯformitas istiꝰ secūdi libri &.xv. in ordine. Iesus stola clarificus Frāciscus subleuatur. Prime partis.u3. Iesus stola clarificus. Expō.



Ominus & redemptor noster Iesus xp̄s cum ab instanti sue conceptionis perfectus deus fuerit & perfectus hō: anime sue nō solum est plenitudo deitatis cōmunicata: sed & plenitudo gratie collata.ut habetur Io. p̄mo & tertio sentētiarum.dist.in.xiiii.ac omni beatitudine essentiali in portione superiori beatificata.ut.iii.dist.habetur. Et miraculū per maximum fuit talem beatitudinem non redundasse ad portione3 inferiorem. Et consequenter corpus suum non beatificasse beatitudine accidentali ipsum stolis beatitudinis uestiendo. hinc est q̄ saluator noster: sicut deitate3 suam astruere uoluit diuersis argumētis & uisis: sic &

animam suam fuisse beatitudine recreataꝫ.non solum ostendendo suam deitatē aperte animā beatificanteꝫ: & consequēter suam animā beatitudine principali & essentiali beatificatā:sed & humanitatē.s.corpus suuꝫ aliquando beatificatuꝫ stolis gloriosis & beatitudine accidentali nō per unam dotum beatificarum: sed insimul omnib⁹ adunatis.Erat enim re uera decēs ut ipse dei filius suam deitatem nude & aperte aliquando & quibusdam ostenderet.iuxta dictū beati Augustini.ut uitam ostenderet in qua post hanc uicturi sumus. Ac premiū actuum & operū uirtuosorū.Quo nō soluꝫ ad credenda sed ad peragenda ardua a deo iniuncta homo animaret.Hanc enim suam deitatē nude & aperte in ueteri testamēto ostēdit Moisi.nō quādo eaꝫ petiit. Exodi.xxxiii.sed postea.ut habet Numeri.xii.hoc.n. ei munus a deo cōcessum est ut deū uideret sicuti est. Que cōtemplatio cunctis filiis in fine promittit. ut dicit Augustinus.xii.super Gene.ad lrām: & in epl̄a ad Paulinā.Fuit etiam Isaie cōmunicata.Isa.vi.ubi Glo. deū nemo uidit unquā oculo corporis:sed pōt eum uidere oculo cordis:sicut uidit eū Isa. unde beati mūdo corde:quoniā ipsi deū uidebūt.In nouo testamento uidit beatus Paulus in raptu.de quo habet.ii.Corin.xi. unde btūs Augustinus in qōne penultima ad Orosiuꝫ sic dicit.ob id raptus fuerat Paulus in tertiū celuꝫ.i. in intellectualē uisionē:ut deū nō per corpus nō per similitudinē corporis:sꝫ sicut est ipsa ueritas cerneret. Ad h̄ ꝑfecto peruenerat Paulus:ut deū sic in uita ista uideret:sicuti sancti post hāc uitam.Ideꝫ dicit.xii. super Gene.ad lrām:& in epl̄a ad Paulinā de uidendo deū. beatus etiā Stephanus uidit. Actuum.vii.ubi Glosa. Quidam electoꝝ in hac uita adhuc detenti mundato oculo cordis uidere meruere gloriā.ut hic Stephanus & Paulus raptus ad tertiū celuꝫ:sed Paulus uidit ut uident beati:quare & Stephanus.de beata uirgine pie etiam est credendū ꝙ uiderit: ꝑsertim dum in eius utero Iesus xp̄us moraret̄: quia priuilegia gratiarum aliis cōcessa nō sunt ab ipsa deneganda.prout dicit Ieronimus in sermone de assumptiōe.Hodie &c. & Bernardus in epistola ad Lugdun̄.De btō Benedicto idē asserere uidet̄ beatus Gregori⁹.ii.Dial.& de quibusdam aliis est pie credendū:ut per raptum ad huiusmodi uisionē peruenerint in presenti cōstituti. ut dicit Augustinus in epistola ad Paulinaꝫ de uidendo deum.Et si dicat̄.hoc uidet̄ repugnare illi quod scribit̄. Exodi. xxxiii. Nō uidebit me homo & uiuet.Respondet Augustinus in epl̄a ad Paulinā:ꝙ non intelligitur ꝙ non uiuat presenti uita & in corpore mortali : sed accepit uiuere pro actu uite sensitiue & imaginatiue qua homo debꝫ mori cōsiderata uisionis excellentia non dei omnipotentia.Cōtra predicta est id.Io.ꝑmo deuꝫ nemo uidit unquā:& Apostolus dicit: ꝙ lucē habitat inaccessibilē quā nemo hominū uidit nec uidere potest. Respōdet btūs Augustinus ꝑmo libro de trini. ca. v. ꝙ Apostolus pro tanto dixit:ꝙ illi qui uident deuꝫ ultra homines sunt.i.ultra hominis pura naturalia constituti:& in epistola ad Paulinā dicit: ꝙ deuꝫ nemo uidit unquā uel in hac uita sicuti est: uel in alia uita sicuti uisibilia ista que corporali uisiōe cernunt̄.Et pōt dici iuxta glo.allegatā de Isa. Quod nemo uidit unquā oculo corporis nec uidere pōt.ut dicit Apl̄us. ¶Hāc uisionē ipse deus & saluator noster in ꝑsenti constituto uel constitutis cōmunicando:quia nō est uisio permanēs in aliquo cui cōmunicata est nisi in sua anima: sed trāsiens:plura & singularia dona ipsum sic uidenti elargit̄.Et ꝑmū est gratificationis. gr̄a eniꝫ uie communiter nō sufficit eleuare & disponere ad tā arduam uisionem.Nec est sibi ꝓpriū & essentiale: ꝙ sic qlibꝫ uideret uel uidere possꝫ deū, q̄re uel alia gr̄a requirit̄ uel ꝑoris augumētū : & hoc de cōmuni lege & nō dei omnipotētia pēsata.Secundū est perfecte purgatiōis. Deus enī a solis purgatissimis mētibus uidet̄. ut dicit Augustin⁹.ꝑmo de trini.q̄re homo tali uisione sibi data ab omni scoria & rubigīe purgat̄ pc̄ti:& fit uas purissimū.Tertiū est fomitis suppressionis.ꝓ tūc.n.anima nō icitat̄ ad malū nec retrahit̄ a bono: imo oppositum:cū sibi omne bonū demonstrat̄. Quartū est singularis sanctificatiōis accipiēdo sanctificationē ꝓ singulari dei in aīa habitatōe.iuxta illud ꝑs.Sāctificauit tabernaculū suū:deus in medio eius &c. Quintuꝫ est in gr̄a ꝯfirmatiōis ꝙ tali uisione stāte:ꝙ peccet nō est intelligibile. Sextū est certificatōis de ꝑmanētia in gr̄a: & forte etiā de ꝑseuerantia finali. Paulus.n.q habuit huiusmodi uisionē nō ꝑmanētē sed trāseūtē dixit.Ro. viii.Quis nos sepabit a charitate xp̄i?Et r̄ndebat dicio ꝙ nec mors nec uita &c.poterit nos separe a charitate dei q̄ est in xp̄o Iesu. Septimū est copulationis: tali.n.uisione homo cū deo unus sp̄us efficit̄ : adeo ut ab ipso diuidi. ut dicit Apl̄us & separari non possit. Octauū est ꝯsolatiōis.ꝑs. Adimplebis me letitia cum uultu tuo:delectatiōes in dextera tua &c. Nonuꝫ est trāsformatiōis ꝑfecte.ut dicat cuꝫ Apl̄o. Gal.ii. uiuo ego iā nō ego:uiuit in me uero xp̄us.Decimū est illuminatiōis.Audit.n.& uidet cum Apl̄o.ii.Corin.xi. Archana uerba que nō lꝫ homini loq.Vndecimū est cupite dissolutiōis.cupit.n.cū Paulo dissolui & esse cuꝫ xp̄o.Duodecimū ē gl̄ie ꝯseq̄nde subarrationis.Signū eniꝫ est glorie post hāc uitā accipiēde: cui talis uisio a deo in ꝑn̄ti cōcedit̄:ut pꝫ de ꝑdictis: qbus dn̄s dignatus est cōcedere.¶Et si dicat. Nōne lucifer uidit deum?R̄ndet̄ ꝙ nō uisione hac de q̄ loquimur sed alia: ꝙ hec est que btificat & sꝫ trāseūter tales & permanēter btōs. Quā nō habuit ip̄e Lucifer nec Angeli ante ꝯfirmationē in gr̄a.Multa alia talib⁹ uidētibus proueniunt.ut dicet̄.libro.iii.ꝯformitate.vii.Sed ad presens dc̄a sufficiāt.Hec ergo uisio sicut a nobis naturalr̄ desiderat̄:ita a quolibꝫ ut det̄ eidē a deo: ipse altissimus dꝫ deprecari & dici:cū ꝑs.Ostende nobis faciē tuā & salui erimus:facies enim tua plena est gr̄aruꝫ. Hester xv. Hac ergo habita uisione homo certificat̄ de credendis agēdis & obtinēdis.q̄re nihil ei incredibile nihil durum & asperū est uisum ut patuit in prefatis & aliis qui uiderunt. ¶Verum ꝙ dicta uisio non conceditur omnibus:& animā Christi fuisse beatā ab instāti sue cōceptionis credendū erat ab olbus:ac oculi nr̄i & sensus solū corporalia apprehēdunt & sentiūt:hinc

Quō dei nemo uidit unq̄.

Lucifer ñ uidit deū hac uisiōe

Cur xpus uoluit trãsfigurari.

est q̄ cum beatitudinē anime xpi. oculo corporali ui-
dere nō possumus: sicut nec ipsam aiam: p̄ corp⁹ ergo
suum. i. p̄ corporis dotes eam btã demonstrare dece
bat: ut p̄ effectus huiusmodi q ab aĩa btã & sola p̄-
cedunt: ad beatitudinē eius anime deueĩremus. Et sic
faciendo de beatitudine accidētali noticiam hēremus
ipsius xpi. Declarare ergo eidē placuit sue beatitudi-
nē anime p̄ dotes corporis: & qa dotes beatificantes
corp⁹ sunt quatuor. uꝫ. subtilitas: agilitas: claritas: im-
passibilitas. Corpus. n. gloriosuꝫ quatuor p̄fata habe
bit. Quia. n. nunc est grossum tunc erit subtilissimum:
omnia sine lesione penetrãs. Quia ē pōderosuꝫ & gra
ue tunc erit agilimũ & perget quocũqꝫ libuerit quasi
in momēto: quia est obscurũ tunc erit clarissimũ: utpo
te sole splēdidius: quia uero nũc subiectũ est passioni
bus. tunc erit impassibile: quia a nullo pati ualebit: Et
he quattuor dotes siue sint ab aĩa siue ab alio: astru-
unt tamē animã btãm: Saluator noster per p̄fata ani-
maꝫ suã esse btãm reserauit: nō simul in uita & si post:
sed nũc unã nunc aliam declarando. Dote subtilitatis
usus est p̄ut dicit Hugo de sancto Victore: quãdo uir
ginitate p̄seruata & uirginitatis itacta clausura a uir
ginis utero clauso exiuit de btã Maria nascendo. Et si
sanctus Thomas dicat: q̄ nō fuit per dotē subtilita-
tis q̄ sit tunc usus: sed miraculo nouo. Agilitatis dotē
usus est: quãdo supra aquas ambulauit. ut docēt euan
gelia. Aqua enim nō est indurata sub eius plantis: sed
in sua permanēte dispositione saluator super eaꝫ am-
bulauit. Impassibilitatis dote (sequēdo dñm Vgoneꝫ)
usus est: duꝫ panē transubstãtiauit in corpus. unde cor
pus Christi & si mortale esset in se quãdo ipsum disci
pulis tradidit & passibile: licet corpus xpi esset mor-
tuuꝫ pro tũc si esset & fuisset in sacramẽto: quia omne
absolutum quod infuisset eidē extra sacramentuꝫ: in-
esset eidē duꝫ esset sub sacramento: sed non omne re-
spectiuũ: tamē si corpus xpi. i. hostia consecrata per-
cuteretur in ignē poneretur: & sic de aliis passionibus
nihil corpus Christi pateretur. ratio quia impassibile
est sub sacramēto ɔtentũ. Et sic dote impassibilitatis
suum corpus adornauit modo iam dicto sub sacramē
to locando: ei ut a nihilo possit affici extrinseco cōce-
dendo. Claritatis uero dote usus est quando in monte
Thabor corã tribus Apostolis trãsfiguratus: species
eius. (ut dicit Lucas) apparuit altera nō in q̄titate: sꝫ
in qualitate: quia ut dicit Mat. xvii. facies eius appa-
ruit ut sol uestimēta eius alba sicut nix. De qua dote
& de qua trãsfiguratione loquit̃ prima pars huius ter
tie conformitatis istius secũdi libri di. Iesus stola cla-
rificus. Et quia h̃ indiget debita expositione. ideo pro
eius declaratione sunt aliqua inquirēda & uidēda. Et

Trãsfiguratio qd sit.

primũ. Quod cũ euãgelista. Mat. dicat q̄ xpus transfi
guratus est. Quid est trãsfiguratio: & quomodo debet
intelligi hec trãsfiguratio facta. ℭ Et p̄ huius indaga
tione sciēdũ est: q̄ trãsfiguratio ad uim uocabuli eun
do est. in figuraꝫ alterius trãsitio & mutatio. Sed figu
ra in sacro eloquio dicit̃ dupl'r. Aliquando accipitur p̄
quãtitate. sapiē. vii. In uētre matris mee figuratus suꝫ
caro. Aliquando dicit qualitateꝫ: & sic accipit. Aristo.
ponēs eaꝫ in quarta specie qualitatis: & de hac loquit
tur Apostolus. p̄me. Corin. vii. p̄terit figura hui⁹ mun
di: & quandoqꝫ accipit̃ figura pro signo. p̄me. Corin.
xi. omnia in figurã. i. in signum cōtingebãt illis. Sed de
hac nihil ad p̄positũ. Saluator ergo quãdo transfigu
ratus est quãtitatem nec corporis nec faciei mutauit:
sed bene qualitatē: quia in aliam figuram. s. beatã mu
tatus ē. Sic ergo patet quomodo in figuram aliam sal
uator trãsfigurãdo se est mutatus. Secundũ est quare
uoluit se transfigurare. Et licet dictũ sit in parte: tamē
hoc uoluit exercere. ut dictũ est: ut beatitudinem ani-
me sue demonstraret: per beatitudinem ad tempus
corpori collatam que ex anime beatitudine procedit:
quia non pōt bene intelligi q̄ corpus sit beatũ & ani
ma nō: & si ecōuerso fuerit in Christo. Et quia in dei-
tate ipsius anime nostre: in huanitate corpora no-
stra suam beatitudinē debent habere: Quid esset bea
titudo nr̃a sanctis Apostolis tali transfiguratione de-
clarauit. Id ipsum peregit: quia ipse premiserat. ut pa-
tet. Mat. xvi. Si quis uult uenire post me abneget se-
metipsum &c̃. & ut dicit Gregorius. Magnum est ab-
negare qd' habet: sed ualde multum est abnegare qd'
est: & Ambro. istum passum exponēs euangelii di. ar-
duum quippe est crucē tollere: animã periculis morti-
qꝫ corpus offerre. Negare q̄ sis cum uelis esse qd' nō
sis: & subdit. moralis & bonus magister ne quis despe
ratione frãgatur aut tedio: premiũ uoluit ondere: qd
in futuro assit mercedis ostendendo. Insuper quia di-
xerat. Mat. xvi. Sunt quidam de hic stantibus qui nō
gustabunt mortem donec uideant filiuꝫ hominis in re
gno suo: & cum ipse sit ueritas. Ioãnis. xv. quod pro-
miserat opere impleuit. Demonstrauit enim & in sua
fore uirtute se beatificare & beatitudinem pro libito:
assumere. ℭ Tertiuꝫ uidendum. Cur coram tribus di- Cur coraꝫ trib⁹ soluꝫ se trãsfiguraui.
scipulis & non pluribus se transfigurauit: quia euan-
geliũ dicit: q̄ Iesus assumpsit Petrũ Iacobum & Ioan
nem & nō alios. Respōdet. Primo quia sufficiēs est te
stimoniũ duorum uel triũ. Secũdo p̄pter misteriuꝫ tri-
nitatis p̄dicandum per istos tres Apostolos tribus lin
guis p̄ncipalioribus: quia Petrus latinis. Rome enim
obiit. Iacobus Hebreis & Ioãnes Grecis. Tertio ut
doceret q̄ ardua & secreta pluribus nō sunt reuelan-
da. Quarto ut hos p̄ aliis autenticos redderet utpote
qui esse debebãt colũne ecclesie in misterio trinitatis.
Quinto si omnes assumpsisset. quare & Iudam indi-
gnum. Si alios & nō ipsum occasionē ex dimissiōe ad
malefaciendũ ei prebuisset. ut dicit Dama. ℭ Quartũ Vide pulchra et notanda de dñi trãsfiguratiōe.
q̄rendũ in quo loco fcã est huiusmodi trãsfiguratio. &
respondet euangeliũ: q̄ in monte excelso & seorsuꝫ. s.
in monte Thabor ubi. Primo innuit: q̄ id Christus fe
cit ut ostēderet q̄ deus se & sua referat illis qui a stre
pitu sunt remoti mundanoruꝫ. sicut Moisi in monte Si
nai. Exo. di. xx. &. xxxiii. & Helie in monte Oreb. iii.
Regum. xix. Et discipulis in monte. Mat. v. Secundo
ut daret intelligi q̄ non in istis inferioribus: sed in su-
perioribus gloria nostra est querenda & beatitudo.
Sed a terrenis oportet cōsurgere qui celestia uult in-
tueri & habere. ℭ Quintum querendum & uidendũ:

quomodo facta est hec transfiguratio. Respondetur ꝙ Iesus transfiguratus est ante eos. uide coram quibus: quia ante eos sanctos Apostolos. hoc egit ut testes eēnt: & ut aniaret eos ad similē beatitudinē peroptandā transfiguratus est ante eos. Nota ꝙ deus fecit hanc trāsfigurationē. Sed dicit passiue transfiguratus & hoc respectu humanitatis & corporis deb3 intelligi nō respectu anie ac deitatis. Iam.n.erat in aīa & aīa fecit uere in corpore. S3 quō⁹ dicit euangeliū facta est facies eius altera: nō quātitatiue sed qualitatiue: qa ut sol: quia beata & gloriosa. Resplenduit eni3 facies ei⁹ ut sol: imo plusquā sol. Et ꝙ nō habuit exēplu3 clarioris luminosi: ideo posuit sol. ℭ Sed hic sunt aliqua dubia.

Dubia

1 Primū dubiū. ubi fuit ista claritas in subiecto. Rñdet Alexāder de Ales.iii.parte summe.parte pma.qōne.ccxiiii.ꝙ subiectiue fuit in corpore. S3 in ueste fuit ab exteriori a superinfuso faciei splendore.

2 ℭ Secundū dubiū. An talis claritas fuerit gloriosa. Respōdet ꝙ sic: & si ad tēpus assumpta. ut enim dicit Lucas.caplo.ix. uisus est in gloria magna & testantibus doctoribus Ieronimo Chrisostomo & Remigio sup hūc locū: In gloria uisus est future postea resurrectionis: in qua post iudiciū apparebit electis.

3 ℭ Tertium dubiū cur dñs uolēs oñdere beatitudinē sui corporis plus Apostolis reserauit p dote3 claritatis q̄ per alias dotes? Rñdet ꝙ alias dotes uidel3 duas oñderat. Primā.s.subtilitatē nascēdo. Secundā super aquas ambulando. Mat.xiiii. Quare restabat per hanc ostendere.s.per claritatē. Hoc idē peregit: quia ad claritatē omnes alie dotes sequunt. Lux eni3 sine sui corruptione corpora penetrat diafana: & sic est subtilissima: fit subito & multipliciter in medio & sic agilima. Non inficitur transiens per infecta & sic impassibilis. ut dicit Alexander.tertia parte. qōne.ccxix. quare ostendendo de claritate cōsequēter & de aliis ostēdit. Sic ergo claritas illa fuit ab interiori ꝓducta.s.claritas corporis & fuit uera: quia aliter fuisset non uisio sed illusio & fuit gloriosa.ut dcm̄ est.

4 ℭ Quartū dubiū. Quomodo potuit stare ista claritas cū colore priori. Respōdetur ꝙ color est quid materiale respectu lucis. quare ꝓ positū. Similiter in quibusdā lapidibus preciosis simul stant color & splendor. ut docet experientia. Hoc etiā deus potest facere.

5 ℭ Quintū dubium. quomodo talis claritas gloriosa potuit stare in corpore mortali? Respōdet ꝙ cū dotes sint distincte & deus cunctipotēs potuit ꝓ tempore dare unā sine alia.

6 ℭ Sextū dubiū. Quomodo tāta claritas cū esset centies lucidior sole. ut dicit Hilarius & Aimo: nō illuminauit totum mundu3? Respondet pmo ꝙ illa claritas uoluntarie est in corpore dñi expressa: & per consequēs cui uoluit manifestauit. Secūdo quia ut docet experientia. Lucerna nō illumiat nisi sit in situ debito locata. Quare nec claritas illa: quia nō in situ apto posita mundū illuminabat. Tertio hoc fuit factū uirtute diuina retrahente lucis huius radios. Vt eni dicit Augustinus in epl̄a ad Paulinā. Sicut in nostra potestate est uidere corporalia: sic in potestate spiritualiu3 est ut ea uideamus uel nō. quare ꝓpositū.

7 ℭ Septimū dubium. Sicut cū oculi nostri in sua claritate fixa acie solē intueri nequeūt: quomodo oculi Apostoloꝝ tantā lucem uidere potuerunt? Respōdet Alexander.iii. parte.qōne.ccxxiii.ꝙ solem nō possumus uidere nō ratione splendoris: sed caloris dissoluētis humidū radicale pupille oculi. Sed claritas gloriosa nō est uisus diuerberatiua uel dissolutiua: sed magis cōfortatiua fortificatiua & delectatiua: & sic ipsam uidere potuerūt. Facies ergo facta est ut sol uestimēta eius alba ut nix. Et quia nihil albius est niue nec splendidius sole: exemplū euangelista posuit de ipsis. Et sic patet quomodo facta est transfiguratio.

ℭ Sed uidendum est quid ad hanc transfigurationē est sequutu3: & sancti euāgeliste. Mat. & Lucas ponunt plura. Et primū est duorū ꝓphetarū ad Christum aduentatio & accessio. nam & ecce apparuerunt Moyses & Helias cum eo loquētes. Pro hoꝝ declaratione sunt aliqua dubia renouāda. ℭ Primum dubiū. An Moyses uere resurrexerit? Respōdet Alexāder in tertio locis preallegatis ꝙ non: sed bene fuit ibi eius anima nec fuit necesse ibi esse eius corpus: quia uirtute diuina apparuit Apostolis. pōt etia3 dici ꝙ sicut angeli in corpore assumpto nobis apparent uel similitudine corporali: sic & ipse apparuit: quia corporeis oculis spm̄ uidere nō possumus. Potest etiā dici dei omnipotētia pensata ꝙ in ꝓprio corpore potuit apparere. ℭ Secundū dubium. Qualiter apparuerūt. Respōdet Lucas.caplo.ix.ꝙ uisi sunt in maiestate.s.Christi. Nā sequit ꝙ Apostoli uigilātes uiderunt maiestate3 eius: & duos uiros qui loquebant cu3 eo: quare ipsi gloriosi in se nō erant sed sic in gloria apparebāt: & redūdati gloria maiestatis Christi. ℭ Tertiū dubiu3. Cur illi duo.s.Moyses & Helias apparuerūt. Rñdet primo ut xp̄s oñderet se nō egisse ꝯtra legē ꝓut dicebant pharisei: sed secundū legem in cuius signū legislator appareret Moyses ac legis emulator Helias. Secūdo ut ostēderet se uite & mortis impiū habere: Moysē n de limbo & Heliam de paradiso extrahendo. Tertio ut reseraret illu3 se esse. quē lex & ꝓphete ꝓclamauerunt: & legis & ꝓphetarū omnia implesse & implere uenisse. ℭ Quartum dubiū. Cur xp̄us uoluit hos duos sue trāsfiguratiōi adesse. Respondet ꝙ hoc egit ut de sua gloria & beatitudine anime: & ꝓ tunc corporis testes haberet autēticos tam de ueteri testamēto q̄ de nouo Moysen & Helia3 de ueteri: Apostolos tres de nouo: ut sic euidenter doceret se esse nostrū glorificatorem testibus utriusq3 testamēti tam solēnibus. ℭ Quintu3 dubium. Quare Enoch nō uenit sicut Helias. Respōdet Alexander loco pallegato ꝙ xp̄us in hac transfiguratione uoluit gloriā resurrectiōis: & opus redemptionis facere exprimere. Et quia solum explicite fuit tradita & credita post diluuium.s.Abrahe pmo: & sic deinceps: Et Enoch fuit ante quādo solū implicite credebatur: quare ipse non fuit adductus. similiter Moises omnia que fuerunt in primo statu per dei sciuit reuelationem: quare pro illius temporis teste sufficiens erat. ℭ Secundum ad hanc transfigurationem subsequutum est Moysi & Helie cum Christo allocutio. Euangelium dicit: ꝙ loquebantur cum eo: sed quid?

& specialiter:quia sine baptismo obierat: beatū Franciscum pie inuocando : filius ad uitam rediens baptizatus est : & sabbato in albis est defunctus. Filius cuiusdam burgēsis in ciuitate Amburg prouincie Saxonie:in flumine dum post patreȝ transiret submersus est.Pro cuius resuscitatione beatus Frāciscus inuocatus a patre : sanus surrexit & uiuus. In ciuitate Ania prouincie Saxonie germanus cuiusdam fratris minoris miles confessione non completa decessit: quem beatus Franciscus primo ab inferno liberās cuius erat deuotus:deinde uite restituens:dum confessionē fecisset & ecclesiastica percepisset sacramenta:postmoduȝ decessit.In castro Tunde ripēsis diocesis.Mulier habens puellam:cum iuxta fluuium luderet cum aliis:cecidit in fluuiuȝ & submersa est:cuius corpus extractū mortuum est. Quod uidens mater uotum uouit beato Francisco: ꝙ si filiaȝ suam resuscitaret statuā de cera ad pondus puelle sue daret ecclesie: & illico puella est resuscitata.In ꝓuincia Vngarie in custodia Firmēsi frater minor Alexander nomine a tertia usqȝ ad uesperas mortuus iacuit in feretro:sed inde corā Guardiano qui solus cum eo remanserat surgens a mortuis.Agnus dei cantādo:dixit se per beati Frācisci merita a penis maximis liberatum : & usqȝ ad complectorium super uicturum:quod & sic factum est. In comitatu Tholosano duo fuerunt fratres nobiles: quoruȝ unus factus est frater minor & deuotus.Alius uero in seculo remansit indeuotus & malus. Qui infirmitate grauatus ad mortem peruenit: cuius frater minor beatum Franciscum pro fratris carnalis resuscitatione inuocando: resuscitationem illico promeruit : & ad uitam reductus factus frater minor.Vna cuȝ alio fratre fideliter domino deseruiuit. In ciuitate Parme dū pater & mater filio paruo in uigilia beati Frācisci ad comedendum carnes porcinas dedissent:nō ualens puer eas deglutire:sic gutturi inheserunt:ꝙ ipsum suffocātes extinctum reddiderūt a uita. Sed uoto per parentes ad beatum Franciscuȝ emisso:cepit puer reuiuiscere:se mouendo & carnes reiicere & ad incolumitateȝ pristinam sic est reuocatus.In sancta Agatha castro in Romandiola posito:puer quidā paruus a matre:ignorante patre locatus in lecto: cum pater culcitrā ignoranter desuper iacentem puerum proiecisset:ipse puer suffocatus est.Sed ab utroqȝ parente uoto emisso: ad beatum Franciscū de eius uisitando sepulchruȝ: puer ad sanitatem & uitam est redactus.In castro.N. Remansensis diocesis.Mulier uiro absente peperit filiuȝ: quem ob reuerentiā beati Francisci Franciscuȝ uocauit: sed patre redeunte cum aliud nomen imposuisset: puer ipse superueniēte languore dieȝ clausit extremū: sed utroqȝ parente uouente de nomine imposito conseruando:ad uitam est mirabiliter reuocatus.In castro Alanasao Narboēsis diocesis puer quidaȝ per omnes mortuus iudicatus: per inuocationem beati Francisci est suscitatus. In ciuitate Carcassone puerum per oēs mortuum iudicatum:ab amicis beatus Franciscus inuocatus:ad uitam & incolumitatem reduxit.In eadeȝ ciuitate Carcassone puer duoruȝ annoruȝ mortis ex-positus faucibus & datus:uoto facto ad beatū Franciscum a matre : ꝙ temporis in processu suaderet sibi introitum ordinis minorum:resuscitatuȝ meritis beati Francisci recepit. In castro quod insula dicitur Cauilliocensis diocesis:quedam mulier puerum fetidum & mortuum peperit : sed inuocatione beati Francisci uite est redditus:qui temporis in processu in genitalibus fractus:iterata beati Francisci inuocatiōe : cuius nomine erat prenotatus : sanitati perfecte est restitutus.In castro de orgonio Auinionensis diocesis: quodam ligIuȝ cadens super latus unius pueri ipsuȝ protinus morti dedit:sed mater inuocatione beati Francisci. Viuum & hilarem recepit.In Arelatensi diocesi. Mulier quedā filium peperit mortuum nigrum & horribileȝ: que beati Francisci petens auxilium : uouens ipsum Franciscum nominandum: deformitate remota subito reuixit. In loco ꝑfato puer de scala cadēs altissima in pauimētū:subito expirauit:qđ eius auia cernēs beati.F. deuota:inuocando ipsum:puer uiuus surrexit & sanus. Dominus Arnaldus de Ascenduno diocesis Sistercinensis:cum filium non haberet: uotū beato Francisco emisit:ꝙ si ei filium masculum daret: faceret eum fratrem minorem:sed habito filio cum differret uotum implere:quia alium filium non habebat morte superueniente defunctus est: qui uotum iterās de filio ad beatum Franciscum: faciendo fratrem minorem filiuȝ:illico a mortuis resurrexit & eum fratreȝ minorem fecit iuxta promissum. Quidam nobilis de Marchia cum filium obtinuisset meritis beati Francisci:& promisisset si daret facere eum fratrem minorē: cum esset ei solus differebat eum dare fratribus : qui ter infirmatus ad mortem & a beato Francisco liberatus : semper cum promissione ut liberatus frater minor fieret.Parētib⁹ dr̄ntib⁹ eū uestire habitu ordinis superueniente infirmitate obiit. Quod cernentes pater & mater ad locum fratrum filium mortuum deduxerunt:promittētes cuȝ multis lachrimis: ꝙ si beatus Franciscus eum ad uitam reduceret:illico eum fratribus darent:qui statim uiuus & sanus exurgens factus est frater minor.Quedā dn̄a in Romania unicū habens filium trium scilicet annorum: qui infirmitate grauatus ad mortem deuenit eius subtractionem dolens orbata mater:inuocatione beati Francisci cuȝ uoto ꝙ eius ecclesiam iam inceptam perficeret : puer ad uitam est restitutus.In Hispania regno scilicet castelle in ciuitate Astoricensi. Anno Domini. M.cccxliii. beatus Franciscus singulari modo quendam episcopum ciuitatis prefate nomine Petrum a mortuis modo subscripto resuscitauit. Dictus episcopus licȝ esset peccator & carnalis: tamen beato Francisco erat ualde deuotus qui grauiter infirmatus : de ipso quidam eius scutifer & domicellus : huiusmodi habuit uisionē. Nā uidebat cuniculos nigros de terra ascēdere:supradicti epi super cathedram sedentis indumēta corrodantes dilaniare : sed quidam frater de ordine minoruȝ depost cathedrā exiens:illa animalia effugauit: & dicto domicello dixit:ut epm ad penitentiā induceret & ꝯfessioneȝ:ꝙ hec aīalia demonia erāt:super episco

pum propter peccata sua potestatem habentia. Qui euigilans hãc uisionem dixit episcopo: de qua ipse tru fatus est: & turbatus dixit: non sũ ita infirmus q me oporteat confiteri. Inde ad tres dies domicellus iã di ctus aliam habuit uisionẽ. Videbat q duo canes ma gni & nigerrimi conabantur episcopum deuorare: sed frater minor post cathedram exiens illos effugauit: & domicello dixit. q episcopum ad confessionem indu ceret. Nã in breui erat de ista infirmitate moriturus: qui euigilans episcopo uisionem dixit: contra quem episcopus ualde turbatus est: maxime quia dixit eum in breui moriturum: nec confessus est. Item post alios tres dies domicellus supradictus habuit aliam uisio nem. Nam uidit ignem magnum super quẽ erat cal deria magna plena pice buliente: & demones episco pum capientes conabantur ipsum mittere in caldariã: & a fratre post cathedram stante sunt impediti: & di xit frater domicello. Vade & dic episcopo q moritu rus est de ista infirmitate. & ideo non differat confiteri peccata sua: at ille dixit: dixi sibi & ille non uult crede re mihi: da mihi aliquod signum ut credẽs confitea tur. Cui frater. Mitte digitum tuum in hac pice: & dic episcopo. beatus Franciscus cuius estis deuotus: hoc mihi dixit: & in signum huiusmodi: ecce digitum pice inuolutum: & ex tali calore quasi desiccatum. Domi cellus omnia episcopo narrauit: territus autem episco pus ex signo & ex deuotione beati Fräcisci confessus est: & post dies paucos episcopus ipse expirauit: ger mani autẽ & nepotes episcopi mortem per tres dies ocultantes: omnia bona eius asportauerũt: quarta au tẽ die de mane: ãno dñi. M.cccxliii. de mẽse Maii por tatum est corpus eius ad ecclesiam fratrum minorũ: & fratribus officiũ faciẽtibus de feretro surrexit epi scopus: quem consanguinei uidentes scientes eum iã per tres dies fuisse mortuum fugerunt. Ille uero cla mans dixit. Non fugiatis. Vere ego mortuus fui: sed modo mortu⁹ nõ sum: sed dũ mortuus fui & ante iu dicem ductus: recepi dãnationis eterne sententiã dua bus de causis. Prima quia in cõfessione peccati nõ do lui de concubina quã tenui. Secunda quia q̃uis eã tũc expulerim: nõ tamẽ eam dimittere proposui. Sed bea tus Franciscus quem semper dilexi factus est mihi aduocatus: & pro me tria allegauit. Primo deuotionẽ precipuam quam semper in eum habui. Secundo ele mosinas quas semper fratribus feci. domus enim mea & omnia que habebam magis fratrũ erant: q̃ illorũ de curia. Tertio fiduciam q̃ semper habui non posse male mori meritis beati Francisci: sicq̃ deum adiens: ut ad corpus anima mea rediret, etiam impetrauit. Et uiginti dierũ habeo spacium ad penitentiam de pecca tis meis agendã: post quos statim moriar. Infra istud tempus omnia que fuerant ablata recuperauit: & de omnibus bene disposuit: & penitentiam condignã fe cit. Et quia infra istud spaciũ fuit festũ beati Franci sci scilicet translationis in ipo festo uoluit celebrare: & omnia que sibi acciderãt predicauit. In qua predica tione ita feruenter de beato Francisco loquutus est: q fratres minores qui in illis partibus erãt in magno op probrio: in magna deuotione sunt habiti. Ipse tandem episcopus plenus bonis operib⁹: die statuta migrauit ad dominũ. Multos alios gloriosus dominus Iesus ad ostendendum dilectionẽ & gloriam beati Francisci: est resuscitare dignatus meritis eius & inuocatiõe. Sed de prefatis triginta ut fideliter repi hic succincte ascri psi: ad laudẽ ipsius Domini nostri Iesu Christi qui est uita uiuentiũ & salus omniũ in se credentiũ. Sic ergo prefatis apparet declarata secũda pars huius undeci me cõformitatis. uz. Fräcisco mors fugat.

¶ Fructus iz⁹ & cõformitas: &. xl. & ultima in ordi ne est, Iesus ditãs dignissimos. Fräcisco cũcta dantur. Expositio pme partis. Iesus ditãs dignissimos.



B primorum demerita pa rentum genus humanum non solum a paradisi gau diis expulsum. Iusticia ori ginali priuatum: diabolo subiugatum: gratuitis spo liatum: in naturalibus uul neratum: sed mortem ad dictum & cunctis reple tũ miseriis infirmitatibus & doloribus. Quod eniz patiatur morbos miserias & infirmitates: & si libri medicinales dicãt in parte: & si non ad plenum: tamẽ experientia teste ac scriptura sa cra. Homo natus de muliere: breui uiuens tempore re pletus multis miseriis imo infinitis ut uix possit com prehendi qui sit sine infirmitate corporali uel mẽtali: omnia condita: peccato faciente in tempore tabescũt deficiunt & senescũt: & nũquã homo permanet in eo dem statu. Quapropter sequitur euidenter ut uanita te & uarietate cum sit omnis creatura uallata: & eidẽ subiecta semp aliqd patiat qd est otra suũ eẽ & pma nentiã. O q̃tis morbis subest hõ. Nõne uides q aliq patiũtur in capite emigraneã. Alii furorẽ. i. in cerebro cõmotionẽ. Aliqui amentiã idest capitis inaniã. Alii stuporem idest mentis cecitatem. Aliqui capitis uerti ginem. Alii capitis tremorem. Alii morbum caducum. Aliqui albuginem oculorum. Alii cecitatem. Alii fluxũ oculorum. Aliqui surditatem. Alii lepram. Alii parali sim. Aliqui bolisinum continuum comedendi appeti tum. Alii spasmũ. Alii strenutationẽ. Alii cordiacã. i. cordis tremorem. Alii difficultatem aspirandi & respi randi. Aliqui squinantiam. s. gutturis dolorem. Alii fre nesim. Alii lingue priuationem. Alii mentis cecitatem. Alii dentium dolorem. Alii oris fetorẽ. Alii fluxum na rium. Alii scabieẽ. Aliqui tissim. Alii sincopã. Alii ephi meram febrem. Alii ethicam. Alii continuam. Alii ter tianam. Alii quartanam. Alii quotidianam. Alii singul tum. Alii uigilias. Alii uomitum. Alii uentris, torturã. Alii ydropisim. Alii dissenteriam. Alii defectum lumi nis. Alii uentositatẽ. Alii ulcera. Alii apostema. Aliqui artreticã. Aliqui podagrã. Et sic de aliis innumeris isir mitatibus hominũ. Has & cõsimiles ꝓpter primorũ parẽtũ icurrimus iobediẽtiã. Ab his oibus malis mor bis & penis fuisset genus hũanũ pseruatũ: nõ peccan tibus ipsis pmis parẽtib⁹. A qb⁹ nullus hõ originali

ter traductus ab eis secundum rationem seminalem est uel fuit immunis. Et si ab aliquo prefatorum: non tamen ab omnibus nec uirtute medicine nec auxilio quocũq3 creato. Ab his ergo malis in resumptiõe corporum electi liberabũtur: quando mors & omnis dolor diuina uirtute ab eis tolletur. Sed iterim quo principaliter ab his incõmodis subleuari ualemus? Certe a nullo nisi a deo & saluatore Dño nostro Iesu Christo. In cuius ditiõe cuncta sunt posita & suo imperio omnia parent & deseruiunt. Hic si quidem est ille teste psal. Qui sanat omnes infirmitates tuas. sancti eni intercessiue id operantur: sed deus principaliter & auctoritatiue. Et ideo clamabat Ieremias dicens. capl'o. xvii. Sana me domine & sanabor: saluum me fac & saluus ero: quon am laus mea tu es. Quod enim saluator noster sit i le qui a morbis nos curat: & infirmitatibus: patet ex sancto Euangelio: in quo ostenditur quomodo ip̃e saluator sanauit leprosos: paraliticos cecos claudos lunaticos demoniacos aridos gibosos & inclinatos: & omne genus infirmitatis curauit: prout dictum est cõformitate prima libri secundi huius operis. Quapropter sanctus doctor Ambrosi⁹ sciẽs Christum summũ esse medicorum: utpote deum uerum: &
Ambrosi⁹ xp̃s ẽ oĩa in oĩbus. omnia omnibus posse cõferre: sic dicit. ¶ Omnia nobis Christ⁹ factus est. Si uulnus curare desideras. Medicus est. Si febribus estuas. Fons est. Si grauaris iniquitate. Iusticia est. Si mortem times uita est. Si auxilio indiges. Virtus est. Si celum desideras uia est. Si tenebras effugere uis. Lux est. Si cibum queris. Alimẽtũ est. Gustate ergo & uidete q̃ suauis est domin⁹. Hec Ambrosi⁹. Et ꝙ ipse omnes morbos pellat: tribulationes abdicet. Impulsus demonu3 mitiget: & quicquid est possibile aduersi: sua dextra comprimat: patere põt ex hoc: ꝙ eius nomẽ bñdictũ si fuerit iuocatũ:
Nom dñi p̃dicta oĩa fiunt pellunt̃ mala & bona donant̃. ¶ Ratio quia ipsum nomen: est. penitentibus in refrigeriu3. egrotantibus in remedium. pugnantibus in presidiu3. patientibus in solatium proficientibus in auxilium. deficientibus in subleuationem. confitentibus in honorem. predicantibus in testimonium. memorantibus in suspirium. postulantibus in suffragium. experientibus in fructum. peruenientibus in premium. Nonne ipse dixit discipulis suis quando ipsos misit in uniuersum mundum. Marci. xvi. In nomine meo demonia eiiciẽt linguis loquentur nouis. serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint non eis nocebit. Super egros manus imponent & bene habebunt. Et Ioannis. xiiii. dixit Apostolis in ipsorum persona & omnium fideliu3. Quicquid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. Sancti Apostoli ad Christum reuersi. ut habetur. Luce. io. dixerunt: Domine in nomine tuo demonia subiciuntur nobis. Et beatus Petrus. Actuum. iiii. erecto illo paralitico & liberato dixit iudeis: ꝙ non in uirtute eorum: sed in nomine Iesu ille astabat coram eis sanus. Sic ergo sicut Dominus iesus sua deitate est omnis creature principium & origo: sic & omnis salutis humane & tam mentaliter q̃ corporaliter nostra uera salus. Ipse est ille qui cum diues sit in misericordia omnibus dat affluenter: digne tamẽ eum & debite inuocantibus. Si enim non debite peteretur non daret: dicit Iacobus in canonica sua. Petitis & non accipitis eo ꝙ male petatis: fide humilitate corde mũdo & perseueranter clamando ipse dabit tibi petitiones cordis. Nam inquit ipse. Clamauit ad me & ego exaudiã eũ. Pauper clamauit & Dominus exaudiuit eu3. Et psal. Dñe de⁹ clamaui ad te & sanasti me. Quia ergo dominus Iesus omnipotẽs est omne bonum & sũmu3 esse. hinc est ꝙ inuocantibus quicquid petunt quo ad esse & bene esse & perfectu3 esse & eternu3 esse ipse dat affluenter. Et sic est ipse ille cuius deitas ꝑpter id qđ petitu3 est: affluenter & abundãter ditat dignissimos .i. debite & digne petentes: prout dicit prima pars huius conformitatis: cui ut actori creatori omniũ ac cunctorum largitori bonorũ: sit omnis laus & gloria per infinita secula. Amen. Ad ipsum ergo debet recurrere humana fragilitas in omnibus infirmitatibus aduersitatibus temptationibus & tribulatiõibus. Ratio quia ipse est lux salus uirtus gaudiu3 & letitia ac liberans clamãtes de angustiis & miseriis replẽs gratia in presenti & gloria in futuro. Amẽ.

¶ Secũde partis expositio. S. Frãcisco cuncta dãtur.



Ille inclitissimus & benignissimus Domin⁹ noster Iesus Xp̃us: sicut sanctorum omnium est operator & auctor: sic ipsorũ est honor. decus. & gloria. ipsos magnificãdo. Et in presenti ut patet tã in sanctis ueteris testamẽti. De Ioseph que3 fecit dominum Pharaonis & egipti. Gene. xli. de Moise que3 instituit d̃nũ Pharaonis. Exo. vii. de Dauid que3 sublimauit ad regnum. De Helia quem signis fecit clarum & uerbis. Ecclesiastici. xlviii. De Tobia quẽ bonis & liberalitate repleuit. Et sic de aliis: q̃ noui testamenti: patet. De Petro qui umbra sua sanabat infirmos. De Apostolis quibus ob reuerentiã nullus audebat se coniungere: sed magnificabat eos populus. Actuum. 3. De Antonio quem fecit per totum mundu3 nominari. De Ilarione. Benedicto. Martino: & sic de aliis: quos gratissimos & nominatissimos fecit in mundo. Et in futuro .i. post hanc uitam in celesti patria collocãdo: in mundo magnifice & mirifice declarauit & sublimauit: & signis inumeris & prodigiis. ut patet in sanctis Apostolis martiribus doctoribus cõfessoribus uirginibus & aliis sanctis fidelibus: & specialissime in beato patre nostro Francisco: que3 dominus pre sanctis omnibus fecit clariorem & celsiorem: dum luce frueretur uite p̃ntis: utpote sanctitate uite diuulgãdo: uerbo signis miris ac stigmatibus sacris: ut in precedentibus conformitatibus euidenter est deductum. Sed etiam post mortem clarissimum mundo reddidit & acceptissimũ. Inuocatiõe ipsius beati F. a fidelibus: cũcta dãdo: ꝑut secũda pars huius ultime cõformitatis. S. Frã. i. ꝑpter ip̃m & supplicatiõe ei⁹: cũcta dant̃. s. a xp̃o fidelibus.

Decēs est xpm sctōs miraculis decorare.

Decens.n.est ut dñs post mortem suos scōs mirificet: & gloriosos reddat signis. Primo quia ad sui est gloriam: cum sua uirtute & gratia talia a sanctis fiant. Secundo est ad auctenticationem uite talium. Ecclesia inde accipit argumentum canonizationis in terra: ex quo talem sanctificatum a Christo: intelligitur in celis. Tertio est ad uite talis scī psecutionē: ut nullus debeat hesitare talē psequi: quē xps tāto honore dignum ducit. Quarto ad incitationē populorum fideliū: ut que sunt a Xpo precepta perficiant: cum peragentes que sunt xpi: ab ipso sic in presenti post morte3 honorent. Quinto est ad intelligendū gloriā sanctorū. Cum eni3 sint a nostris sensibus remotissimi: uidēdo q deus ipos & eorū membra tantis honorat miraculis: argumētu3 sumimus q sine ulla comparatiōe in celis premiat eorum animas indicibilibus premiis. Sexto ad fidei confirmationē. Non solū q anime post mortē corporis uiuāt: sed q xps uerus est iudex: dās unicuiq3 iuxta opera sua. Septimo ualet ad diaboli carnis & mundi detestationē: utpote quia spernētes & uincentes prefata tam alte sublimātur a xpo. Octauo ad animandū fideles ut patiēter omnia mala portēt: ex quo tale premiū prefatis datur a dño. Nono ad humane nature exaltationē: quod enim deus circa unūquēq3 hominē per agit: in talibus ad honorē est aliorum hominu3 & speciei humane. Decimo ualet ad meritū uiuentium. fideles eni3 sic mirificatū a xpo honorando: in presenti & in futuro eorū merētur meritis & precibus protegi & iuuari. Sic ergo q decens est dñum honorare sanctos suos post mortē: Iesus saluator multos honorauit: sed precipue btūm Franciscū: cuncta dādo eius inuocatione facta a fidelibus populis. Et q sic effecerit in subsequētibus est ostendendū multis miraculorum exem[illegible]. Et ut facilius uideantur ipsa per capitula distinguenda cogitaui: ut clarius uideantur & memorie commendentur.

¶ Dñs noster Iesus xpus pcibus & meritis beati patris nostri Frācisci multos a morte resuscitauit.

PRimo. Beatus Frāciscus. sicut dictum est conformitate precedenti parte secunda. Nam triginta mortuos suis meritis ad uitā reuocauit.

¶ Btūs Frācisc9 a mortis periculo multos pseruauit.

SEcundo. In confinibus enim urbis: custodem cuiusdā turris lignorū compage resoluta cadētem & dormientē: btūs. F. eum tenēdo sine lesione aliqua usq3 ad terram perducendō seruauit: pro eo q eodem sero uir nobilis cuius erat castrum: in suo hospitio duos susceperat fratres miores. In castro Pophis campanie sacerdotem uolentē molendinu3 aptare: sed casu cadentem in aqua: & ligno quo molendinum uoluitur intrussum: in mortis articulo constitutū: inuocato beato Frācisco: a parentib9 ipse sanctus per brachium arreptū liberauit. Quendam in burgo celani qui in puteum ceciderat: inuocatione beati Francisci in ipso casu: super aquā stando donec extraheretur beatus Frāciscus seruauit. In ecclesia ipsius beati Frācisci apud Assisium lapis maximus super mulierem cadens: meritis beati Frācisci: cui9 astabat altari: nil maJi perpensa est: sed a dolore capitis que3 prius diu habuerat fuit liberata. Apud cornetū cum hostium porte super quēdam puerū nomine Bertū cecidisset: inuocatione beati Francisci facta a patre: & hostio leuato puer est inuētus sanus: qui mortuus credebatur. Apud Tollentinū lapis qui altari beati Frācisci super imponi debebat: casu super unū de adiuuātibus cecidit: sed inuocatione beati Frācisci qui mortuus putabatur & uitam integram habuit: & lumē oculoru3 qd prius debile habuerat limpidissimu3 recuperauit. Id ipsum de alio consimili modo accidit apud castrū sancti Seuerini de Marchia Anchonitana: qui a lapide imponendo super altari beati Frācisci oppressus: ut credebat: inuocatione ipsius sancti sanus remoto lapide prosiliit. Bartholomeū Gaietanū qui laborādo pro cōstructione ecclesie beati Frācisci thrabe cadēte in ceruice3 & mortaliter ipsum percutiēte: beato Frācisco inuocato & sibi apparēte ac manū ducente per uulnera: sanum ad perficiendū opus emisit. In castro sancti Geminiani puerum cuiusdā nobilis qui fluxu ab oculis morti erat uicinus: supplicatiōe patris ad btūm Frāciscū: pater sanatum & incolumē recepit. Quādā puellam in Cathalonia & aliā in Anchona in ultimo spiritu constitutas: beatus Frācisc9 sanauit a parentibus inuocatus. In castro Belcadri Arelatensis diocesis: quidā ifantulus sic est infirmatus: ut a circunstātibus quasi exanimis iudicaretur: cum pro eo beato Frācisco esset supplicatum: subito oculos aperuit: & pristine sanitati est restitutus. Bononie puer quida3 dum nuces comederet: testa eius gutturi est transuersaliter sic infixa: ut quasi spiritum miserabiliter exhalaret: qui cum a matre ad locū fratru3 adductus esset. Inuocando beatum Franciscū: testā puer subito euomuit: & pristine est redditus sanitati. In Tarascone cū fratres anguillas comedissent: & residuum cum pulmento posuissent ac pauperibus darent ad portam: & quidam sacerdos brodium prefatum hauriret: unū hamū paruu3 qui in ore unius erat anguille traxit cum brodio: qui sic est gutturi eius infixus. ut nec loqui posset nec libere respirare. Qui corde beati Francisci patrocinium implorans: statim hamus foras prosiliit & sanus est effectus. Quidam rusticus Etuxa nomine de uilla Alteburg: cū pro suis negociis curritaret in curru: subito inter anteriore3 partem: quia currus & equi. ceciderunt: adeo eius caput est confractum inter rotas & calces equorū: ut desperatus ab omnibus morti esset propinquus. Qui inductione duorum fratrum minorū uoto emisso ad beatum Franciscum: de uigilia ieiunanda & festo sollenizando: & officium festi frequentando deuotius: stati3 meritis beati Francisci est sanatus. In ciuitate Hispalensi regni Suetie. Quidam uir faciem habens & caput totum intumefactum morbo qui crispilla uocatur: ut nec oculi nec nasus apparerent: & ab omnibus morti ppiqu9 iudicaret: cū sibi ab astātib9 suaderet ut uotū emiteret de ieiunando uigiliā btī. F. & ipse corde hoc fecisset: sequēti māe ois tumor abscessit & dolor: & nihil mali est perpessus ulteri9 ex dicto morbo. In castro Andrie. Queda3 mulier tam graue uulnus hñs:

ꝙ totum latus sinistrum cum brachio per septem heb domadas amiteret: & cum sanctos plures pro sui libe ratione interpellasset: nec esset exaudita : ad beatum Franciscum conuersa uotum emisit de nil comeden do in die suo: cui in sōnis apparens Beatus franciscus & nomine ꝓprio uocans & qd pateretur interrogans: cum illa dixisset se magnū pati malū: Beatus frācisc? accipiēs eius brachium posuit super caput eius: & sta tim sana facta est. Et cū mulier sanata interrogaret eū qs esset: respōdit ꝙ erat Beatus frāciscus inuocatus ab ea. In Tollentino qdā habēs filiā nomine frācisca: ob odium frūm & Beati francisci cū nomen remouisset a filia: statim infirmata est ad morteȝ: sed ab uxore incre patus nomine filie reposito: cum nomine simul & sa nitatem recepit.

¶Beatus franciscus ueneno potatos eripuit.

Tertio. Sacerdos quidam nomine Matheus de Vico albo cū mortiferū uenenū sibi ꝓpinatuȝ a quodā bibisset: cū lingua Btūm franciscum inuocare nō posset: corde tamē eius patrociniū implo rando: euomito ueneno liberatur.

¶Beatus franciscus letaliter sauciatos reparauit.

Quarto. Nicolaus de Ciperano ab hostib? uul neribus concisus. Inuocatione Beati francisci mirifice est liberatus lotus a sanguine. Apud Ilerdam Ioānes quidā loco alteri? plagis maximis ut uix crederet uictur? in crastinū sauciatus: apparēte si bi Beato frācisco quē in suuȝ auxiliū aduocauerat: ma nibus sacris stigmatibus cōsignatis eū contingendo p totuȝ: pristine sanitati restituit. In ciuitate Pisarū duo fratres carnales de florentia: cū haberēt litigium adin uicem uenerūt ad gladios. Quod cernēs soror eoꝝ: ne se occiderent in eorū se posuit medio: a quibus graui ter in uentre est percussa. Que inuocatiōe Beati fran cisci cū uoto de uisitādo ei? sepulchrū est sanitati red dita. Que uotum perficiens cum apud Assisium esset: Beatum franciscū rogauit ut sibi filium daret cū esset sterilis: quod & factum est.

¶Beatus franciscus a naufragio protexit.

Quinto. Quosdā nautas in mari Barulitano & a maris periculo eripuit: & ad portū Anchōe perduxit. Peregrinū quendā ab acutissima fe bre Beatus frāciscus & demū a naufragio cuȝ multis: ipso apparēte in naui liberauit. Nautis de Anchōa pe riclitātibus. Inuocatiōe Beati frācisci lumē in naui ma gnum appuit: & trāquillitas est subsecuta. Quidā nau te de Venetiis uenerūt de Apulia: sed tēpestate duran te per magnā partē diei & per totā nocteȝ : que adeo fuit ualida ꝙ duas naues socioruȝ omnib? absorbuit: uidētes tantā tempestatē & nauim ipsoꝝ fractā: ad in uocationē reuertētes Beati frācisci cū uoto de uisitan do ipsius limina: statim qdā frater minor apparuit cuȝ cereo accēso in manu in naui: qui totā nauim illumina uit. Et cum distarēt a terra qnquaginta miliaria uento suaui flāte: ad terrā cuȝ omnib? mercibus & mercāciis incolumēs peruenerūt. Frater Laurētius de Masca de Pisis: dū iret ad Sardiniā custos: puer qdā de naui ce cidit in mare: q Beatū franciscū inuocans super aquas stetit: donec barcha pro ipso iuit. Vir quidā proiectus nomine quadā fatuitate faciebat se trahi ignorātibus sociis per minimū funiculū uenis: sed cū uēto flante ue hemēte submergeretur: uoto emisso ad Beatū franci scum de ordinē intrādo suum: a sociis cum difficultate extractus liberatus est fact? frater minor. Duas puel las sup litus maris ambulātes: & in ꝓfundū maris ca dētes: beat? frācisc? de profundo liberauit: & uni que uocabaꝛ Frācisca sex uel septē annorū que erat prin cipalior: ꝓpter quā Btūs .F. eas liberauit: Btūs fran ciscus dedit Alapā dicēs. caue ne de cetero huc uēias uel accedas. Hoc egit Btūs frācisc?: quia minores fra tres sui in domo dicte puelle a parentibus eius fuerāt illis diebus optime recepti.

¶Btūs frācisc? submersos in aqua desup natare fecit.

Sexto. Fratrē Iacobū de Reate submersum in profundū fluuii quē transire uolebat: inuoca tione beati francisci facta per frēs ab extra: ipse nauiculā per manū tenēdo peruenit ad litus. Fra ter quidā Bonauētura nomine: per quēdā lacū cū duo bus fratribus nauigās: fracta nauicula in laci profun dū descēdit. Sed btūm franciscuȝ inuocando nauicula aqua plena super enatauit : & cum eis sancto. F. du cēte peruēit ad portum. Quēdā fratrē de Esculo sub mersuȝ in fluuio: sua inuocatiōe btūs frāciscus eripuit. Similiter in lacu Reatino in ꝯsimili casu. Viros & mu lieres sui inuocatione btūs frāciscus liberauit.

¶Btūs frāciscus a carceribus potenter abstraxit.

Septimo. In Romania quēdā grecū per dn̄aȝ suā btō frācisco recomēdatū: a carcere & uin culis liberauit. In Massa sancti Petri: quidaȝ miles quēdā posuit in carceribus: btūm frāciscum assi due in sui auxiliū inuocātē: uinculis compeditū dicēs: ꝙ btūs frāciscus ab inde eū minime posset remouere. Apparente aūt captiuo btō frācisco fracto carcere & compedibus ad ꝓpria fecit redire. Albertuȝ de Aretio ob debita ab eo iniuste petita in carceribus positū: cū in uigilia beati frācisci ieiudādo se sibi recomēdasset: uinculis omnibus solutis & fractis carcereq; apte ad domuȝ suā liberū reduxit. Petrū de Alisia a dn̄o Papa epō Tiburtino comendatū: positum ab epō in carce ribus & uinculis: cuȝ se btō francisco recomendasset: ipso btō Francisco sibi apparente & carcerem aperuit dissoluit uincula: & sua uirtute liberauit. In ciuitate Sultēsinceñ. regni Datie. miles quidaȝ nomine Ioānes ab inimicis suis captus: & seue eū occidere decernen tibus: uxor eius hoc audiēs in ecclesia frūm minorum añ imaginē beati frācisci existēs cū lachrimis: cepit ro gare btūm frāciscū ut suum maritū qui p tres uel qua tuor dietas distabat infra octo dies sibi redderet. Mi rum uir eius cum captores sui in eum seuire dispone rēt : die martis īfra terminū octo dierū ad uxorē liber est reuersus. Et cum cognouisset ꝙ meritis bti frācisci esset liberatus: factus est ipsius deuotus & ordinis. Vxor uero eius semper uigiliam beati francisci in pa ne & aqua ieiunauit : faciens omni anno missam de cantari solēniter ad ipsius sancti honorem. Quidam de Vrbino dum esset Arimini captiuus : cuidam ceco

petenti elemosinam amore beati Francisci cum dedis set denarium statim sensit auxiliũ. Naz ut tetigit uni⁊ pedis cumpedem pes exiliuit: & alterius faciendo sic euenit. Et uidentibus custodibus carcer sibi apertus fuit: & ipse liber ab inde exiuit. Alium nomine Locarinum de ciuitate Arimini canonicuz plebis sancti Pauli comitatus Arimini: eundo Bononiam iuxta Imolam ad tria miliaria: a gentib⁊ Petri pagani captus in fundo cuiusdam turris in carcere est missus. In quo tanta erat humiditas: ut pãni ipsius rumperentur. Hic cũ expectaret pecuniaz pro sui redemptione: ad memoriam sibi uenit beatus. F. cui deuote se recomẽdans & uouẽs paliũ dare altari beati. F. Bononie: statiz fuit acceptus de ꝓfundo turris & posit⁊ in uertice super murum: deinde depositus de turri in terra iuxta turrẽ. Et cũ discessisset paululũ: custodes cũ canibus eũ sequentes: ipso btm̃. F. inuocãte canes ad aliã partez euntes: ipse Bononiã liber uenit & uotũ suũ fidelr̃ adimpleuit: paliũ dando altari beati. F. ut uouerat. In Hispania in turre comitẽ quendã & baronẽ: dissidiũ dum foret ad duellũ deuentũ est. In quo baro comitẽ uulnerauit ad mortẽ. Operatiõe aũt frũm minoꝝ baro cũ comite pacem hẽre uoluit. Vnde ad terrã comitis pri⁊ data fide a comite accessit: q statiz comite ↄtrauenieẽte fidei: baro capt⁊ in uinculis est iniectus. Quẽ ad mortẽ turpissimã reseruabat. Quod baro perpẽdẽs cepit btm̃. F. inuocare: ut eũ eripere dignaret̃: utpote ꝙ ꝓ fide quam hẽbat ad frẽs: hoc pateret̃ beato F. eidẽ apparẽte eductus a carcere: in sua baronia est posit⁊ & locatus.

¶ Btũs. F. a tormentis ne nocerẽt aliquos cõseruauit.

O Ctauo. Guidalotus de scõ Geminiano incusatus ꝙ quẽdã ueneno necauerat. Inuocãdo btm̃. F. & suã inocentiã recomẽdando eidem: btõ. F. sibi apparẽte ad eculeũ pluries eleuatus: deide facto atro igne & fumo sub eo: nec capillo lesus: deinde oleo feruentissimo superfusus nihil mali patiẽdo: a beato Francisco est liberatus.

¶ Beatus Franciscus a demonio submouit.

N Ono. Petrus de fulgineo a demonib⁊ ꝑ triennuũ discerpt⁊ & ãgustiat⁊: contactu sepulchri beati. F. fuit ab ipsis mirifice liberat⁊. Quedã mulier de Narnia habẽs demoniũ: misericordia beati F. est liberata. Apud Assisiũ pñte fratre Ioãne Teutonico magr̃o ordinis predicatorũ & quodã clerico beato. F. in oĩbus detrahẽte: mulierẽ demoniacã ductam ad suã tumbã a demonio liberauit: & clericũ predictũ a sua infidelitate. In castro Bagnacaualli mulier quedaz per quinquẽniũ afflicta a demonio nomine Ilborga: cũ fecisset uotũ de intrãdo tertium ordinẽ beati. F. de cõsensu uiri. ipsa audiente missam in ecclesia frũm minorũ de Lugo ad q̃ accesserat dũ corpus dñi eleuaret̃: beati. F. meritis a demõio est liberata. Vomuit tũc multũ de sanguine: tortiões habuit & gemit⁊ satis graues. Hec post mortem uiri facta est de sororibus ordinis sancte Clare.

¶ Btũs. F. piclitãtib⁊ in ptu facilitatẽ pariẽdi tribuit.

D Ecimo. Comitissam in Sclauonia in partu periclitantẽ: Inuocatiõe beati. F. xp̃s eius meritis liberauit filiumq3 peperit: & ob reuerentiam ipsa comitissa beati Frãcisci ecclesiã edificauit. In Romãia mulierem nomine Beatricẽ pluribus diebus fetuz extinctũ portantẽ in utero: corda beati. F. posita sup eaz per frẽs: fetũ eiiciendo liberauit. In Viterbio mulieri nõ ualẽti parere. Inuocatione sui btũs. F. partũ ↄcessit optatum. In partibus Aretinis mulieri per septez dies gignere nõ ualẽti: apparẽte sibi btõ. F. & dicente ut diceret̃. Salue regina: cum ad illuz uenisset uersum illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Partũ concessit sine difficultate. In urbe Veteri. Quedã iuuecula cum per triduũ in partu laboraret & periclitaret̃: rogatu uiri. cũ frater Ludouicus de Tuscanella cordam beati. F. portasset: & super uentrẽ eius posuisset: statiz ut frater ab ea recessit: cũ facilitate duos filios masculos & incolumes peperit. In ciuitate Verdensi quedaz mulier de honestiorib⁊ ciuitatis: per triduũ part⁊ dolore periclitabat̃: ad quã cum fratres intrassent & uotuz fecisset Btõ frãcisco de colẽdo festũ & uigiliaz ieiunãdo: abscedentibus fratrib⁊ statim peperit masculum. Idez euenit cuidã mulieri in Marchia Brandiburgeñ. opido. ziz. que in partu ãgustiata uehemẽter: uoto de festo colẽdo & uigiliã ieiunando emisso peperit faciliter. Aliam mulierẽ periclitantẽ in partu: ad sugestiõnẽ guardiani Rosrindeñ. qui eã audierat ad confessiõnẽ de cereo dando: uoto facto liberauit a dolore & peperit cũ salute. Facilitatẽ partus Beatus frãciscus inuocatus a quadã que oẽs sanctos ꝑus inuocauerat in diocesi Misnensi cõcessit: post dolorũ partus imanitatem. In ciuitate Tisrindeñ. regni datie mulierẽ nomine Catherinã: q̃ ꝑ plures dies dolore part⁊ laborauerat: de uotaz fratribus: in uigilia translatiõis festi Beati francisci uoto emisso deuocãdo puero frãciscũ: a tali dolore liberando filium cõcessit. In insula brandholim lindomensis diocesis mulier cũ per quatuor dies partus dolore laborasset: ad sugestiõnẽ fratris. qui eaz in confessiõe audierat: de ieiunãdo uigiliã in pane & aqua semper: statim filiuz pariendo ab omni fuit per beatũ franciscũ dolore expedita.

¶ Beatus franciscus siti periclitantes iuuit.

U Ndecimo. Cuidaz peregrino in naui infirmo: Beattus franciscus Flasconez aque impleuit: qua potata a febre fuit liberat⁊. In monte arido apud castrũ Galiani. siti deficiẽti mulieri: fontẽ inuocatione sui Beatus franciscus ꝓduxit in mõte: q in loco dicto hodie usq3 ꝑseuerat.

¶ Beatus franciscus uisum cecis restituit.

D Vodecimo. In apolin cõuentu de Neapoli fratri Roberto ceco per annos plures: Beatus franciscus apparens & superfluis resecatis ab oculis: sibi lumen restituit. Mulier quedam sibilla nomine cecitatem oculorum per plures annos perpessa: ad sepulchrum Beati francisci ceca tristis adducitur: sed recuperato meritis Beati. f. ꝑstino lumine: gaudẽs ad domũ reuertitur. In castro Vicialbi sorãe diocesis. Puella quedã a natiuitate ceca: Assisiũ adducta a matre: inuocato Beato francisco: lumẽ qđ nũq̃ habuerat meruit inuẽire. Cecus qdã de spelo coraz sci sepulchro

uisum diu perditū reinuenit.In ciuitate Aretii. Mulier que per octo annos nō uiderat:in ecclesia beati.F.dicte ciuitatis.Inuocatione beati.F.uisum rehabuit. In prefata ciuitate filius paupis mulieris a beato.F.cui eum uouerat mater illuminatus est.In Podio Bonicii. Florentie dioecesi:mulier ceca quoddā oratoriuꝫ beati Frācisci per reuelationē uisitans:cuꝫ coram altari iaceret uisum recipiēs:sine ductore ad domū ꝓpriā est reuersa. Mulier quedaꝫ de Camerino. dextri oculi lumine priuata ex toto: cum parentes eius pānum qd̄ beatus Franciscus tenuerat super oculū posuissent: facto uoto lumen recuperauit amissum. Alia mulier de Camerino facto similiter uoto btō Frācisco illumiata est Cecus qdā de Assisio p qnqueniū pdito lumine oculorū:ad tactū sepulchri bti.F.extitit liberat⁹. Albertin⁹ de Narnia amisso lumine oculoruꝫ:palpebris usqꝫ ad genas depēdētibus:btō.F.se uouēs:illuminari meruit & sanari. Apud thebas mulieri ieiunanti cece uigiliaꝫ bti.F.antifesti:dū corp⁹ dn̄i eleuaret in festo suo: oculos cōcessit btūs.F.In castro Pophi campanie oculū sinistruꝫ puero btūs.F.restituit:cum deberet abscidi.In castro campanie sacerdoti oculo sinistro caretī ob trabis pcussioneꝫ:btūs.F.sibi reddidit in uigilia festi sui. Viro de mōte Gargano casu cuiusdā ligni hn̄ti oculū in duo diuisum.Ieiunaturū sancti uigiliā dū uouit: reuniēdo oculū ab orbitate & dolore curauit. Filium cuiusdā militis a natiuitate cecū: btūs.F. restituēdo ei lumen illuminauit.Et factus postea frater minor: frater illuminatus est uocat⁹.In castro de Zecāto campanie milti q frēs minores hospitio recepat. btūs.F.oculos restituit.In castro Tellonis in festo beati.F.quedā domina deuota beato.F.festū celebrabat: sed cū famula nollet colere nocte sequenti oculi sunt ei inflati:a deo ut uisu penit⁹perdito horribilē aspectū intuentib⁹pre beret:& sic fuit per octo dies nō uidens.Tādē mente compūcta ad btm̄.F.recurrit:ꝓmittēs ꝙ festū coleret & in ipo nil ageret:& sic a btō.F.sanitatē recuperauit & uisum.Sed quodā alio festo beati.F.dū dicta famula similia ageret:silr̄ ut pri⁹ fuit percussa: sed uoto de nihil agēdo emisso:a btō.F.denuo fuit liberata. Quedam dn̄a de Scherlino deuota beati.F.& hospita generalis frūm minoruꝫ: cū casu fusellus ligneus eius intrasset oculū:nullo medicorum remedio potuit educi. Vn̄ oculus uisu fuit priuat⁹ & humore:& hoc p plures menses.Sed superueniēte solēnitate beati.F.desiderādo ꝙ beatus.F.eā illuminaret:obdormiuit:a sōno aūt surgēs prurientē oculū manu fricās predictū fusellum extraxit:at humore oculo redito perfecte in oculo fuit a beato.F.sanata.

℄Btūs.F.surdos curauit & aures aperuit.

Tertiodecimo.Bartholome⁹de castro Ceperani per septēniū priuatus auditu:ipsum ad inuocationem beati.F.recepit.Fr̄ Lucas de burgo sancti Sepulchri auris dextre cū īfirmitatē incurrisset grauissimā tinnit⁹ & surditatis:ita ꝙ nihil audiret. uoto emisso ad btm̄.F.de ieiunando eius uigiliā semp in pane & aqua pomis exceptis:a btō.F. extitit mirifice liberatus.In dioecesi Verdēsi quādā dn̄am Margaritaꝫ in aure dextra & in capite grauissime patienteꝫ: uoto emisso de ieiunādo uigiliā & colēdo festū bti.F.statim ab omni dolore auris & capitis.btūs.F.liberauit.

℄Beatus Franciscus surdis & mutis aurium & lingue beneficium indulsit.

Quarto decimo.In castro Plebis cuidā existēti surdo & muto:inuocatione beati.F.facta per uirum & uxoreꝫ qui eum tenebant: & linguā restituit & auditum.

℄Beatus.F.mutis dedit loquelam.

Quinto decimo.In castro Montorii: cū quedaꝫ oēs gigneret mutos filios: facto uoto btō.F.de eius uisitādo sepulchrū: filios deinceps genuit eloquētes.Quidā puer mut⁹ & paraliticus.dū ad altare beati.F.accessisset:fuit ab utraqꝫ infirmitate liberatus.In Vrbino quidā Henric⁹ de foroiulii:ꝓpter iniuriā cuidā irrogatā cū subito amisisset loquelā: quasi mēte alienatus ad locū frūm minoruꝫ de Vrbino fecit se duci a sociis añ altare beati.F.& corde beato F. dicebat:ꝙ si sibi loquelā restitueret eū uisitaret discalciat⁹.Et cū faciēdo corde gn̄alē confessionē: ueniēdo ad nomen bti.F.ubi dr̄ in ꝯfessione & btō.F. si lingue officiū est pleni⁹ restitutū.In castro Cantaliza qdā nomine Raimūdus cū infirmitate nimia iā per triduū loquelā amisisset: & iam sui eū existimātes morituruꝫ in crastinum: cerā ꝓ sepultura emissent:nocte uenit beatus.F.dicēs ei:surge:& cū ille diceret nō possum.Sanctus frācíscus dixit: surge:quia liberatus es:& statim surrexit sanus & ita recēs:ꝙ uisum est ei ꝙ de balneo exiret:& cōfessus est se illa hora beatuꝫ.F.uidisse. In Apulie partibus quedā mulier diu loquelā perdiderat & libere respiratiōis facultatē: cui nocte dormiēti apparuit uirgo Maria dicens.si uis fieri sana perge ad ecclesiā beati.F.apud remissiū: & ibi optatā recipies sanitatē.Iuit mulier ad ecclesiā beati.F. ibiqꝫ pleno corde petens suffragiū:statim massa carnis euomita cunctis cernētib⁹ est mirifice liberata.In opido nicosino. Sacerdos qdā mutus & insanus effectus ad inuocationem beati.F.loquele officiū ab insania liberatus consequit̄.In epatu Aretino mulier per septēniū muta : ꝓ recuperatiōe lingue btm̄.F.corde orabat:& ecce dormiēti duo fratres assistētes eam monuerūt: ut se beato F.noueret:quibus obtēperās corde nouit: qa loqui non poterat & mox excitata simul uigilie reddit̄ & loquele.Iuuenis qdā uillo nomine nec ambulare poterat nec loq:ꝓ quo mater facto uoto cereā imaginem ad sancti sepulchrū cū magna reuerētia portauit: que domū regrediēs ambulantē reperit filiū & loquētem. Homo qdā epatus Perusini loquela omnino priuatus os semper ferēs aptū horribilr̄ oscitabat:gutturqꝫ ualde inflatū habebat:q cū ad sepulchrū beati F.uenissꝫ: uelletqꝫ ad illud attingere:sanguinē euomēs peroptime liberatus cepit loq:& os claudere: & sicut erat necessariū aperire. Mulier habēs lapidē in gutture : pre nimio ardore lingue ariditatē incurrit.Que nō ualens loq multis medicamentis adhibitis nullo modo adiuta:btō Frācisco se deuouit corde: & subito carne aperta lapidem per guttur emisit.

¶Beatus Francisc⁹ a fractura in genitalib⁹ liberauit.

